neȝ vt viuamus. cum ſanctis perenniter. Et
Petrarcha. Noſtra ſperanza ptra a ogni
aſpra ſorte. De teni in capo la tua ſancta
mano. Che ci defenda: e chi ſe fagia forte.

¶ Secunda cōditio huius ꝛc. Facit hoīeſ
fortes cōmorantes ſub regione huius ſtel
le: vt ſunt Lōbardi. Italici. Romani. Ue-
getius lib. de re militari. Orientales non
poſſunt nimis eſſe fortes qꝛ calidi propter
ſolis ardorem. Occidentales ſimiliter qꝛ
ſunt frigidi: vt pote nimis longati a ſole.
Ideo pauidi. Quāuis clament. Gorges.
Gorges. Sed fortes ſunt ſolum commorā-
tes ſub regione tramontane. Unde vnus lō
bardus perſequitur. x. infideles. Ad propo
ſitum. Qui ſunt deuoti marie. ſunt conſtan
tes in tribulationibus mundi: vtpote ab
ipſa roborati. Quid dicis o Ber. ſup can:
Oportet omnes chriſticolas per huius ſe-
culi pelagꝰ reſpicere ad mariaꝫ maris ſtel
lam. Siquis hoc egerit. non iactabitur in
anis gloꝛie vento. nō ſcopulis tribulatōnū
fatigabit. Ille. Sine maria nihil agimus.
quia eſt refugium noſtrum. ¶ Tertia con-
ditio huius ſtelle. Marinarios dirigit ad
portuꝫ. Ita maria. Unde Bernar. ſup miſ
ſus eſt. Maria eſt preclara ꝛ eximia ſtella
ſuper hoc mare magnum eleuata: micans
meritis. coruſcans exemplis. Si inſurgunt
venti tentationum: reſpice ſtellam. inuoca
mariam. In anguſtijs ꝛ in periculis pluri-
mis mariaꝫ cogita. mariam inuoca. mariā
clama. non recedat ab ore. non recedat a
corde. Ille. O peccator noli recedere a de
uotione illius. Dic coronam. dic officium
virginis o ciuis. ieiuna ſabbata. Ideo ec-
cleſia. Placa mare. maris ſtella. ne inuol-
uat nos procella. ꝛ tempeſtas obuia. Il-
le. Et Petrarcha.

Lachrymaruꝫ la noſtra vita e plena.
Si che piangendo ſiamo de luce priui.
Se non ci luſtri: tu ſtella ſerena.
Unde patet ſcd'a. Confidite ego ꝛc.

Tertio adiutoriū ē opꝰ infirmis. O
quot mortui ſunt in miſeria: quia
adiutorem non habuerunt. Eccliā
ſtici. 5. Ue ſoli: quia ſi ceciderit non hꝫ ſub
leuantem. Ex hoc laudatur a Theologis
opus miſericordie: infirmos viſitare. Un-
de chriſtus Mat. 25. Infirmus eram ꝛ vi
ſitaſtis me. Ad propoſitum. Quis eſt hic
īfirmus: Uere eſt peccator: qui eſt infirmꝰ
luxuria. auaritia. iracundia. ꝛ huiuſmodi.
De qua infirmitate Dd. in ps. Cāta. Mi
ſerere mei deus: quoniam infirmus ſum.
Infirmus es o Dd. Num capite: Sto-
maco: Non: ſed peccato O peccator in-
firme. Idō īdiges adiutorio medicīe ſpūal'
Que eſt maria dulcis. Quid dicis o Caſ
ſiodore: Tu patrona humani generis. Af
flictis ꝛ īfirmis medicina ſingularis. Quiſ
tuo non egeat auxilio: cū peccare ſit com-
mune: Ille. Nota ī verbo peccare commu
ne. Eccleſiaſtes. 7. Non eſt homo qui fa-
ciat bonuꝫ ꝛ non peccet. Prouer. 20. Quis
poteſt dicere mundū eſt cor meum: purus
ſuꝫ a peccato: In Auten° de mona. §. Tri
ennij. Natura humana labitur ad delicta.
Cuꝫ ġ hō ſit infirmus peccatis. indiget ad
iutorio marie. Hec eſt que ſanat īfirmos.
recreat morbatos. Cōfidite ego ſū. ſ. ſpes
veſtra. Unde bene Ber. ſuper Can. ſ. 88.
Maria omnibus omnia facta ſapiētibꝰ ꝛ
inſipientibus: copioſiſſima charitate debi-
tricem ſe fecit. omnibus penitentie ſinum
aperuit. vt de plenitudine eius accipiāt
vniuerſi. Captiuus redemptionem. triſtis
conſolationem. infirmus ſanitatem. iuſtꝰ
gratiam. angelus letitiam. filius dei huma
ne carnis ſubſtantiaꝫ. Ille. Confidite ego
ſum: nolite timere: adiuuabo vos. In qui-
bus verbis merito dubium querit. Quare
dies ſabbati dedicatur marie: Reſpōdeo
quia triplici rōe. Primo ratiōe acerbe paſſio
nis. Paſſio ſcōꝝ eo die cōſecrari ſolet quo
morteꝫ pro chriſto ſuſceperūt. Equiſſimū
etiam vt virgini dies illa dedicetur. quo ꝑ
chriſto eius filio paſſa eſt. Sed dies vene-
ris sancti. ꝛ ſabbati ſancti paſſio virginis
ꝑdurauit. Igiť illi dies debēt virgini dedi
cari. Sed eccleſia dieꝫ veneris filio dedi-
cauit: qꝛ ſabbatū matri dedicatur. Secū-
do ratione perſonalis derelictionis. Nam
ſicut virgo tempore paſſionis ſola in vlti-
mis doloribus manſit. Sic congrue illi vl-
timus dies hebdomade cum gaudio ſolē-
niter dedicetur. Aug. O beata maria quiſ
tibi digne valeat iura gratiarum ꝛ laudū
preconia impendere que tuo ſingulari me
rito: mundo ſuccurriſti perdito: Quas ti-
bi laudes: fragilitas humani generis per-
ſoluet: que tuo ſolo ꝯmertio. recuperandi
aditum inuenit: Eccleſia enim ſic diſpen-
ſat dies hebd'e. Prima dies dñica ſāctiſſi-

feriẽ diſtribute

1. Trinitati.
2. Defunctis
3. ~~angelis~~ peccatoribus
4. Angelis
5. ſpiritui ſancto
6. paſſioni.
ſab. be. m.



me Trinitati. Dies lune defunctis. Dies martis paccatoribus. Dies mercurij angelis. Dies iouis ſpiritui ſancto. Dies veneris paſſioni. Dies ſabbati marie. ¶ Tertio ratione viſitatiõis. In ſabbato ſancto: maria remanſit vidua ſine filio. Et debẽt vidue viſitari ⁊ conſolari. Eccleſia in ſabbato ipſam viſitat: que eadem die ſpecialiter officium facit in ſui gloriaꝫ: in horis: in miſſa: in matutinis. Eſt ꝗ noſtrũ auxilium. Exemplum in Cronica ordinis. Frater quidam: cum eſſet morti vicinus cepit fixis oculis ad certum locum tremens aſpicere. Quod cuſtos eius aduertens, dixit. Frater rogo dicas ſiquid vides. In verbũ deſperationis frater prorupit. perdidiſſe ſe inquiens quod in ordine feciſſet. Cuſtos ꝓ eum exhortaẽ ad marie inuocationem diceretqꝫ verſum illum. Maria mater gratie mr̃ miſericordie ⁊c. Mira res: ſtatim vbi ipſum compleuit verſum: in quoddaꝫ gaudium prorupit. ⁊ dixit mente pacifica. O mi frater: nonne vidiſti dominam noſtram propugnatricem expellentem cateruam demonũ qui me terrebant: Tunc cõuocatis fratribus confeſſus eſt omnem deſperationem predictam. Et dicto cum magna deuotione ſymbolo: ⁊ Aue maria: in domino obdormiuit. Maria ergo eſt noſtra confidentia. Unde Petrar.

Lachrymarum la noſtra vita e piena
Si che piangendo ſiamo di luce priui.
Se non ci luſtri: tu ſtella ſerena. Confidite ego ſum ⁊c.

¶ Dominica prima. 40. De excellentia liberi arbitrij.

Ecce angeli acceſſerũt: ⁊ miniſtrabãt ei. Mat. 4. ¶ Eſſẽdo la hũana fragilita ſotto poſta al gouerno di cieli e ala ĩfluẽtia de corpi celeſtiale de tal proprieta e cõditione: che ꝑ neſſun modo ſia capace delli eterni beni: Ideo accõmodatamente lhomo cũ ogni ſtudio cura e vigilantia de mente. ſi debbe exercitare nelli operatione diuine: celeſte. alte. ⁊ pellegrine. Queſta e la laurea ſententia diuini ⁊ angelici doctoris Thome aquinatis in. 22. q. 175. ar. p°. ad ſcd̃m. Ad dignitatem hominis pertinet vt ad diuina eleuetur: ex hoc ipſo factus ẽ ad imaginem dei. Ille. Et phs. x. ethi. contra Symonidem. Homo dꝫ ſe ad diuina ⁊ immortalia trahere quantum poteſt. Imperoche como vole il ſiume di eloq̃ntia il Firmiano Lactantio in. 3. diuinarum inſti. c. 9. Non ideo naſcimur vt ea que ſunt facta videamus: ſed vt ipſũ factorẽ rerꝫ oĩuꝫ cõtemplemur. i. mente cernamus. Ille. Et il noſtro roman Paulo. ad Phil. 3. Noſtra conuerſatio in celis eſt. Cum qua ſentẽtia non multum ſi fece da luntano la colorata fantaſia de philoſophãti: ⁊ ſingulariter diuini Platonis in lib. de legibus. Naturale eſt homini. vt ad originem ſuam celeſtem ſemper anhelet. Auicenna in. 5. Metha. Omnis ſapientum ſpes eſt: ad anime felicitatem conſequendam. Et Aug. in p̃ncipio conf. Feciſti nos domine ad te: ⁊ inquietum eſt cor noſtrum: donec requieſcat i te. Unde Perſius ſatyrizando nela. 3. ſatyra: damnat noſtraꝫ incuriam ⁊ negligentiam dicẽdo: inducto da Lactantio li. 2. c. 2. O curue in terris anime ⁊ celeſtium inanes. Celum potius intuemini: ad cuius ſpectaculum vos excitauit ille artifex verus deus. Et noſter vates. Danþ. al. 17. canto del purgato. ſic exclamat.

Chiamaui il cielo: e intorno vi ſi gyra
Monſtrandoui li ſue belleze eterne
Elochio voſtro pur a terra mira.

Sed vere nulla res eſt: que habeat tantaꝫ excitare inertiam noſtram. ⁊ nos copulare illi ſummo bono deo. dũ ſumus poſiti i hac vaſta ſolitudine: quãto e la conſideratiõe imenſorum ⁊ altorum beneficiorꝫ dei ipſi hoi collatoꝝ. inter q̃ precipuũ ⁊ ſinglare ẽ dignitas ⁊ excellentia liberi arbitrij. Quo mediante homo vilis ac terrenus poteſt ſe facere colonum ⁊ habitatorem regni celeſtis. Figura de chriſto hodie in euangelio qui poſtq̃ꝫ reſiſtentia ſua demonem proſtrauit: in ſui triumphũ ãgeli ſibi miniſtrarũt. De qua excellẽtia ⁊ dignitate liberi arbitrij ſeu volũtatis humane: tria digniſ-

ſima

ſima myſteria proponemus ↄtẽplanda.
⸿ Primum. dicitur opinionis.
⸿ Secundum. dicitur declarationis.
⸿ Tertium. dicitur reſponſionis.

Circa primum. Dubium queritur. Utrum liberum arbitrium hominis: ſiue voluntas humana poſſit cogi? Ad hoc ſunt. 5. opiniones. ⸿ Prima aſtrologorum. Qui volunt hominem poſſe cogi. ad bonum ⁊ ad malũ: influxu corporum celeſtium. Quod probant duplici medio. Primo experientia. Secundo exemplis. Primo experientia. De multis inclinatis ad vitia. De auaro: qui auaritiam ſuam ſubmittere ⁊ ſuppeditare. ⁊ percalcare non poteſt imperio rationis. De carnali. De iracundo. ⁊ de ſingulis peccatoribus. Qui dicunt ſe abſtinere non poſſe ab illicitis. Eo ꝙ coguntur a corporibus celeſtibus. Ad quod facit exemplum illius Aſculani: qui retulit ꝙ erat coactus omnia que videbat furari. etiam vn chiodo: ſicut retulit pater eius: ꝗuis etiam ipſe eſſet diues. Secundo patet exemplis. De moyſe qui ducens vxorẽ ethiopiſſã in egyptum: Aaron ⁊ Maria turbati ſunt contra eum: eo ꝙ contraxerat matrimonium cum forenſibus. Cuꝫ ꝓo eẽt peritiſſimus aſtrologus in duobus annulis ſculpſit duos lapides habentes virtutem memorie ⁊ obliuionis. Annulum memorie ꝓ ſe retinuit. obliuionis dedit vxori: ⁊ ſic ſe ab inuicem diuiſerunt. Ad propoſitũ. Si duo lapides fuerunt tante virtutis: quare non magis corpora celeſtia? Preterea Jacobꝰ de vragi. in Cronica Januẽſiũ refert ꝙ i in gallia fuere gemelli fratres ſub vna cõſtellatione nati. eadem hora concepti. eadẽ epiſcopi ordiati. vna die martyrizati. vna die canonizati. vna die in celũ collocati. Unde hoc: niſi qꝛ a planetis ſub quibus nati erant: inclinabantur ⁊ cogebantur? Preterea dicunt aſtrologi. Qd qui naſcitur ſub planeta lune: eſt liberalis. ſeruicialis. potius pauper ꝗ diues. Qui naſcitur ſub mercurio: eſt eloquens. Unde paulus dicebatur Mercurius: quia erit eloquens plus ſapiens ꝗ fatuꝰ. Alius planeta dicit Venus. Qui naſcitur ſub tali: inclinatur ad cantum ⁊ pulſandũ inſtrumenta. Qui naſcitur ſub ſole: eſt contemplatiuus. deſpiciens mundum fortunatus ad officia ⁊ dignitates. Qui ſub marte eſt bellicoſus: ſicut romani: vt habet Petrarcha in Triꝰ ſame. Qui ſub iuppiter eſt gratioſũ. affabilis. honorabilis. audax i rebus ſuis: ⁊ totꝰ amoroſus in actibus ſuis. Qui ſub ſaturno. ẽ auarus. triſtis. macer. pallidus. male indutus. mendax: ⁊ in omnibus falſus. De primo ad vltimũ. Qd vnꝰ ſit diues. aliꝰ paup. vnus ſapiẽs. alius fatuꝰ. alius facũdus. alius mazuchus: hoc totum eſſe dũt a cõſtellationibus. Unde pꝫ prima opinio.

⸿ Secunda opinio. Qd erat demon qꝛ. i. Para. 21. Conſurrexit Sathan contra iſrl ⁊ incitauit Dd numerare populum. Et Apo. 12. Ue terre ⁊ mari qꝛ deſcẽdit diabolus ad vos habens iram magnam. Et Damaſ. 2. ſẽ. Omnis malicia ⁊ omnis immũdicia: a diabolo ſunt excogitata. hic eſt q adam ſeduxit. Qui omnia mala procurat. Ideo mulieres dicũt. O pater: peccaui qꝛ diabolus me decepit.

⸿ Tertia opinio. Qd eſt deus. Per verbũ Jo. 6. Nemo poteſt venire ad me: niſi pater qui miſit me. traxerit eum. Sed ſcdꝫm philoſophum. 3. phi. Tractus eſt motꝰ violentus. ergo patet ꝙ deus poteſt hominẽ cogere. Et Prouer. 21. Cor regis in manu domini: ad quodcũꝙ voluerit vertet illud Et Luc. 14. dicitur. Compelle eos itrare.

⸿ Quarta opinio. Qd fuere tyrãni: qui contra martyres fecerunt violentiã. Nõne Nero Petro ⁊ Paulo violentiã fecit? Nõne Decius Laurentio? Nonne Egeas Andree? Nonne Marentius Caterine? Paſcaſius Lucie? Quintianus Agathe. ⁊ ſic de alijs ⁊c.

⸿ Quinta opinio eſt diui Ambro. ⁊ aliorum doctorum. Qd non: vt patet. 15. q. 1. c. Non eſt ꝙ cuiꝗ noſtram aſcribamus erũnaꝫ. Nemo inuitus trahitur ad culpam: niſi propria voluntate deflexerit. Et Aug. 5. de ciui. cº. x. Sunt noſtre voluntates in nobis. que ipſe faciunt quicquid volendo facimus: ſiue bonum: ſiue malum. Sed qꝛ concluſio noſtra eſt dubioſa: ideo ad ſecũdum myſterium properemus.

Ecundum principale dicitur ꝛc. Scd̃m ſniam Tho. in. 2. di. 25. In p. par. q. 19. In. 3. ↄtra. c. 83. Liberum arbitriũ hoīs a celeſtibus corporibus non poteſt cogi. Que cõcluſio ꝓbat quadruplici medio. Ratione. Auctoritate. Exemplo. Figura. Primo ratione quadruplici. Prima nobilitatis. 2. Mutabilitatis. 3. Natiuitatis. 4. Uanitatis. ¶ Ad primã. Concluſio eſt Diony. 4. de di. no. Qd̃ diuina ꝓuidentia poſuit hunc ordinẽ in natura rerum. Qd̃ inferiora regantur per ſuperiora: ⁊ minus nobiliora per nobiliora. Et nõ econuerſo. In. 1. Metha. A virtute ſuperi: reguntᷓ iſta inferiora. Ad propoſitũ. Hõ componitur ex corpore ⁊ aīa: vt habet phs 2. de anima: ⁊. 5. Metha. Et magiſter in. 2. di. 21. Corpus quidẽ: qꝛ in preſenti eſt mortale. corruptibile. paſſibile. ideo inferius ẽ ⁊ ignobilius: quolibꝫ corpore celeſti. Et ex hoc recipit influentiã. diſpoſitionẽ. motum ac variationem: a corporibus celeſtibꝰ. Unde ꝓcedunt infirmitates totius corporis: capitis: ſtomachi. ⁊ huiuſmodi. Unde ꝙ lunatici fatuizant in inouatiõe lune. Certe quia corpora celeſtia cogunt corpora humana. cũ ſint eis ſuperiora. Anima aũt noſtra eſt nobilior omni corpore celeſti. ⁊ oībus creatis. Ideo non poſſunt neceſſitare illam. Unde phs. 3. anime. Uirtus itellectiua non alligatur organo corporali. Cum ergo ſit nobilior corpore celeſti. ideo non poteſt cogi ab ipſis conſtellationibꝰ. Qd̃ anima ſit nobilior omni corpore celeſti. Sic ꝓbatur ꝑ doctorẽ. s. in. 5°. ↄtra gẽ. Unus effectꝰ tanto eſt nobilior: quanto plus aſſimilatur ſue cauſe. Sic dicimus ꝙ angelus eſt nobilior homine: qꝛ eſt plus ſimilis deo. Ad propoſitum. Cauſa omniũ eſt deus. Unde ꝙ creatura eſt ei ſimilis: tanto eſt nobilior. Aīa noſtra magis deo aſſimilatᷓ. ꝙ̃ corpora celeſtia. Et hoc per. 6. ſimilitudines. Prima: vnus eſt deus. Exo. 20. Dñs deus tuꝰ vnus eſt. Secũda: qꝛ eſt trinus in perſonis in vna eſſentia. pr̃. filius. ſpi. ſan. vt dicitur. 1. Jo. 5. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo: pr̃ verbũ ⁊ ſpũs ſctũs ꝛc. Et aīa noſtra ſimiliter. Tertia eſt imortalis: vt dicitur. p. Tim. p. Regi ſeculoꝝ imortali. Et anima noſtra ſimiliter. Quarta eſt inuiſibilis: vt dicitur. 1. Jo. 4°. Deũ nemo vidit vnꝙ̃: ⁊ anima ſimiliter. Quinta: quia ẽ vbiꝙ̃ ꝑ potentiã. pñtiã. eſſentiã. vt dicitur Jere. 18. Celum ⁊ terrã ego impleo. Et aīa noſtra eſt tota in toto: ⁊ tota in q̃libet ꝑte corporis. Ideo. 6. Pol. phs. Anima eſt nobilior omni corpore. Et. l. Sancimus. C. de ſacroſan. eccle. §. Scd̃uꝫ. Anima cũctis rebus preponẽda eſt. Iuxta illd̃ Mat. 6. Primũ querite regnũ dei. Et extra de pe. ⁊ re. c. Cum infirmitas. Anima eſt nobilior omni corpore. ⁊ anime bonum ꝑfertur omnibus bonis. Pratica nõbilis. Propter hanc fecit deus. 4. elementa. 7. planetas. Propter hanc. 3. celos. Propter hanc: preſentem machinam. Propter hãc: miſit filiũ in mũdũ. Jo. 3. Sic deꝰ dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. Propter hãc: miſit ipſum ad crucem. O Jeſu nato. O Jeſu deriſo. O Jeſu crucifixo. O Jeſu morto. In viſionibus Heliſabet filie regis vngarie: ſcribitur. Qd̃ ieſus amoroſus apparuit ei illo modo: quo fuerat ligatus ad colũnam. Et cum diceret. O Jeſu: quis te ſic male tractauit? Reſpondit lo amor de queſta anima: quam cupio eẽ ſaluã. Ubi dic. Aug. Quod ſi ſolũ Adam peccaſſet adhuc pro illo ſolo redimendo mortuus eſſet. Et ratio. Quia maius dãnum eſt perditio vnius anime: ꝙ̃ totus mundus. Unde fali bona compagnia. Ad propoſitũ. Cum ſit ergo nobilior oībus corporibus: ideo ad malum non poteſt cogi. Patet prima ratio. ¶ Scd̃o ratione ꝛc. Si conſtellationes poſſent neceſſitare hominẽ: ſequeretur ꝙ tales nati ſub vna conſtellatione: mores quos ceperũt a cunabulis: tenerent eos etiam in ſenectute. Et ratio. Quia corpora celeſtia: ſemper ſe habẽt eodem modo. Sed hoc eſt falſum: quia multos vidimus in ſua iuuẽta vitioſos: in ſenectute autem plenos bonis moribus. Qd̃ non eſſet: ſi corpora celeſtia neceſſitarent. Tullius in oratione ꝓ Catilina. Multos vidimus ⁊ audiuimus qui cum totã adoleſcentiã voluptatibus dediſſent. ſe ad frugem bonam recepiſſe: hoīeſꝙ̃ graues atꝙ̃ illuſtres fuiſſe. Quod patet in duplici differentia exẽploꝝ. Primo paganorũ. De Temiſtocle phō. De quo Ualerius lib. 6. De mutatione morũ ⁊ fortune. Qui adoleſcens

leſcens fuit pollutus tanta infamia. q eũ pater expulit. & abdicauit. Et mater propter turpitudinem filij ſe ſuſpendit. In etate puecta fuit clariſſim⁹ philoſophus & princeps ſtudij athenis. Preterea. De Fabricio romano. qui iuuenis diſſolutus: tamen poſtea ſua probitate factus eſt Capitaneus romanorum: bellum tenuit per dies quatuor cum corticibus arborum. loco panis. & victoriam habuit contra inimicos vt ponit Eutropi⁹. De. M. Antonio. Qui in egypto exiſtens diſſolutus cum Cleopatra. inde tamen exiens: ſua eloquentia ſtupefactos fecit carnifices. & ſic euaſit de carcerib⁹ romanorũ. Preterea. De. M. Torquato. Qui a patre propter vituperium carnis miſſus eſt in villam ad guardandum porcos: tamen poſtea ſua eloquentia patrẽ a morte liberauit. Preterea. De Catone cenſorino. qui exiſtens iuuenis diſſolutus: tamẽ ſua eloquentia apud Senatũ 40. vicibus accuſatus ſe defendit: cũ magna gloria. Preterea. De. L. Scylla qui in primeua etate diſſolutus exiſtens. poſtea contra Mitridatem: mira geſſit in bellis. Non eſſet talis mutatio: de vitijs ad virtutem: ſi conſtellatiões neceſſitarent. Secũdo probr̃ exẽplis cath. De Augu. qui filium de adulterio habuit. dictum Deodatus: tamen meritis ſancte Monice matris & predicatõe Ambro. baptizatus. ſcripſit. 3. millia volumina. Unde nuncupatur Pater eccleſie. Preterea. De Frãciſco. & Alberto magno: q in ſua iuuentute fuere diſſoluti: tamen poſtea fuere tam proficui eccle. Et poſtea dict⁹ ẽ. Magn⁹. De Magdalena. De Thayde meretrice. Lactan. lib. de ira. ad Doñ. Quam multi ex peccatorib⁹: qui iuſti poſterius effecti ſunt ex malis boni. ex improbis continentes. Ille. Quam multi in prima etate turpes & iudicio omnium condemnati: poſtmodum laudabiles extiterũt: Non te deſperare o Pater: aut mater: ſi habes filium aut filiam diſſolutam. Quia poſſunt bene agere: & mores in melius mutare. Que mutatio non eſſet, ſi corpora celeſtia neceſſitarent hominẽ. Patet ſecunda ratio &c. ¶ Tertia ratio &c. Quia tales nati ſub tali conſtellatione. Aut omnes eſſent boni. aut mali. Sed oppoſitum videmus. quia multi ſub vna conſtellatione nati: erãt diuerſi in moribus: vt patet Geñ. 25. De Jacob & Eſau. Qui nati ex vno patre Iſaac. & matre Rebecca. gemelli fuerunt ſub vna cõſtellatõe nati et concepti: tamen fuerunt diuerſi in morib⁹. Preterea. Albertus lib. de naturis rerũ refert de quadam que peperit. 13. filios qui fuerunt concepti ſub conſtellatione Martis: qui omnes debebant eſſe bellicoſi. ſed diuerſi fuerunt in moribus. Unus accidioſus. Alius auarus. Alius catholicus. q nõ debebat eſſe. Preterea. Aug. 5. de ci. reprobat hunc errorem: & narrat de duobus natis vno partu: vno mare. alia femina. qui fuerunt diuerſe conditionis. Maſculus ſit [ſic] deditus coniugio. militie. & negocijs mũdi. femina ſeruata caſtitate: dedit ſe deo. Qd non fuiſſet ſi conſtellatio neceſſitaret hominem. cum ſub eadem nati eſſent. Preterea Grego. exemplum inducit. In ciuitate rome accidit naſci eadem hora filius regis & filius ruſtici ſub eadem conſtellatione. In proceſſu ho temporis: filius regis erat glorioſus. patri ſuccedens in regno. filius ruſtici erat ignominioſus. Si conſtellatio cogit: Cur iſte pauper: & alius diues: Igitur patet tertia. ¶ Quarta ratio &c. Quia deus in vanum dediſſet. &. precepta. In vanum poſuiſſet paradiſum. premia. & ſupplicium. quia homo non poſſet eligere pro arbitrio ſuo. Quod contra dicitur. Di. 5. c. Erit autem lex. Lex debet eſſe poſſibilis. Si homo cogeretur a conſtellationib⁹ ad aliquod malum. quod non poſſet vitare: iniuſta eſſet lex: que prohibet illud facere. quod homo non poſſet vitare. Iõ Th. 3. contra. c. 85. Si homo ſuarum operatõem dominus non eſſet. fruſtra adhiberentur premia & pene. bonis aut malis. Sed nõ ẽ credendum: cum homo ſit liberi arbitrij. Ideo Aug. p°. &. 3. de libero arbitrio. Nulla alia re. mens noſtra fit ſerua libidinis: niſi propria voluntate. Prattica notabil. Chi te fa ſchiauo del diauolo: Ducit ad infernum: Priuat te paradiſo: Uere voluntas tua. Quis te conducit ad vanitates. & pompas: Quia non cognoſco plus vro-

rem vnius arteſani. ⁊ doctoris. Creſcunt
angarie dominorũ: ſed nõ deficiunt põpe.
Vere propria voluntas. Quis te conducit
ad inhoneſtates. ⁊ ad libidines. ⁊ carnali
tates ⁊ ad ſodomias? Vere propria volun-
tas. Ideo Dant. in. 6. Purgatorij.
Ah ſerua. italia di dolore oſtello.
Naue ſenza remo in gran tempeſta.
Non donna di prouincia: ma bordello.
Non eſt plus erubeſcentia. tenere publice
concubinas accipere ſacramenta falſa. et
oia illicita ꝑpetrare. A ſarracenis. Ab ag
garẽis. Ad arabis Ab idumeis. A macho
metanis. A barbaris. A iudeis. Ab īfideli
bꝰ. o chriſtian falſo hec accepiſti. ¶ Secun
do auctoritate quatruplici. Pº diuiali. Ec
cleſtici. 15. Deus ab initio conſtituit homi-
nem: ⁊ reliquit eum in manu conſilij ſui. i.
liberi arbitrij. Ante hominem bonū ⁊ ma
lum. quod ei placuerit dabitur ei. In eo
dem. Inueni ꝙ deus fecerit hominem re-
ctum. In verbo. rectum. Philoſophus in.
2º. phyſicorum. Mali non ſumus per na-
turam. Dauid in ps. Anima mea in mani-
bus meis ſemper. Super quo Glo. Inter.
Tria ſunt propria bona hominis. Tẽpꝰ.
Eccleſiaſtici. 5. Fili conſerua tempus. Opꝰ
bonum. Ambro. Non ſunt hominis bo-
na que ſecum ferre non poteſt. ſola miſe-
ricordia comes eſt defunctorum. Tertiū.
Anima noſtra. Anima inquit mea ⁊c. Sꝫ
nota ſm Bona. in. 2. di. 25. Qꝫ hoc libe-
rum arbitrium reperitur in quatuor gene
ribus perſonarum. Primo. In deo: ſed nõ
niſi flexibile ad bonum. quia peccare non
poteſt: cum ſit ſumma bonitas. Math. x.
Luc. 18. Nemo bonꝰ niſi ſolꝰ deus. Sup ꝙ
Tho. i. par. q. 6. ar. 2. Nemo bonus eſſen
tialiter. incorruptibiliter. īpeccabilr. vlr. ni-
ſi ſolus deus. Secundo in angelis bonis.
ita confirmatum in bono ꝙ malum agere
non poſſunt. Tertio in damnatꝭ: ita confir
matum in malo ꝙ bonum agere non poſ-
ſunt. Quis in hoc errauit Orig. qui voluit.
in iudicio ſaluari. In Cronica predicato-
rum ſcribitur. Qꝫ cantantibus fratribus
matutinum. clamauit quedam anima dã
nata. Heu me meſchina: quia mihi laudã-
di deum modus non eſt. ſicut factis vos.
Quarto. In viatoribus flexibile ad bonū

⁊ ad malum: a parte ante: ⁊ parte poſt.
Secundo probr̃ auctoritate Canonica
li Aug. in lib. de libero arbitrio. peccatum
dicit intantũ eſſe volũtariũ. ꝙ ſi non eſſet
votum: nullum eſſet peccatum. Quod di-
ctum ſacri Canones ſepe confitentur. Si-
cut patet. 45. c. De iudeis. Et. 15. q. i. c. Me
rito. c. Illa. c. Non eſt. Et. 33. q. 5. c. Si eſt
enim. Et. 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor: vbi
dicitur. Vaſis ire nunꝗ deus redderet in-
teritum: ſi non ſpontaneum inueniretur ho
mo habere peccatum. Tertio probatur
Auctate ciui. C. ad. l. corneliaꝫ. de ſiccarijs
l. i. Et. ff. de furtis. l. Qui in iure. in princi-
pio. Crimen non contrahitur: niſi volũtas
nocendi intercedat. Et. ff. ad. l. aquiliam. l.
Qui occidit. §. in hac. Malefica volun-
tas ⁊ propoſitum delinquentes aſtringit.
Quarto auctoritate paganali. In. 3º.
ethi. Homo ẽ principium ſuarū operatio
num. In eodem. Nos ſumus domini no-
ſtrarum operationum. a principio vſꝗ ad
finem. Et hoc retulit Tullius. 2º. Rhetori-
ce. Voluntatem in omnibus ſpectare con-
uenit. Sen. ad Lucil. Omne peccatum
actio eſt voluntaria. Saluſtius. in iugur.
Dux atꝗ imperator vite mortalium: ani-
mus eſt. Et Dant. 16. purgatorij.
El libero voler che ſaffatica
Nelle prime battalie col ciel dura.
Poi vince tutto: ſe ben ſi nutrica.
¶ Tertio probatur. Exemplo Platonis.
Faciem eius cum diſcipuli oſtendiſſent cui
dam magno philoſopho: qui iudicabat in
phinoſomia ſm faciem: que facies multū
indicat de homine. Eccleſiaſtici. 16. Ex vi-
ſu cognoſcit homo. Vbi dicit Alber. de na
turis rerum. Qꝫ ſignatia natura: malū ſi
gnum indicant de interioribus. Vnde phi
loſophus. in phinoſomia. Caue ⁊ precaue
ab homine diminuto in aliq̃ membro. tãꝗ
ab inimico. Et Aſculanus.
Defecto naturale fa lanima ladra.
In peiorare dico de lor carte.
Non fo may guerzo cũ animo perfecto.
Che de malitia non portaſſe ſcerno.
Cum ergo dixiſſet philoſophus de Plato-
ne. Luxurioſus ⁊ corruptor puerorum eſt.
Riſerunt eum diſcipuli cuꝫ Plato virgo
eſſet. Reſpondit Plato. vere philoſophus
dixit

dixit verum: quia a planetis ad hoc vitiū inclinor ſed ipſam inclinationem impedio rationi ſubmitto. ¶ Quarto probatur ſigura. De Abel ⁊ Chaym. De quibus Gē. 4°. Qui a patre edocti fuerūt: vt offerrēt deo primitias. Abel timoratus: obtulit deo de melioribꝰ. Unde Deus accepit ſua munera. Chaym vero fecit ſicut auarus. Qui quando frater panē petit. Del pan ay frate: Da inquit de duro. aut muſido. q2 omnino faciunt dela panata. ⁊ facit capillos albos. Facezia de priore Marchiano q induens iuuenem vnum: dixit ei. Oportet: vt frater ordinis mei. 3. habeat. Primo bocha porcellina. Secūdo ſpallas aſininas. Tertio bonum caput ad ſtudendū. A dio me guarda de tribus. Campani de frati minori. Scutella d frati Remitani. Librazo da frati predicatori. Ad propoſitum. Chaym inuidens fratri ſuo: illum occidit. ⁊ ſub ſabulo abſcondit. Cui dominus. O Chaym vbi eſt Abel frater tuus? Reſpondit. Neſcio domine. Et dominus. Uox ſanguis ⁊c. Ubi dicit Glo. Quod q̄tuor peccata ſunt: que vindictam clamāt. Oppreſſio orphanorum ⁊ viduarum. Merces operariorum. Paga el lauorento o ciuis. vitiū ſodomie ⁊ homicidiū videns autem ſe male feciſſe dixit. Maior eſt iniquitas mea ⁊c. Super quo Hieronymus. Mentiris o Chaym: q2 maior eſt miſericordia domini: q̄ nr̄a miſeria. Ille. Et vere mentiebatur: quia non ⁊c. Unde Dant.

Non e peccato de ſi tanto graue.
Che del intrar a te ſignor idio.
Cūq ſe pente non troua le chiaue.
Che tu ſey ſi manſueto e tanto pio:
Che tua bonta al peccator ſoccorre.

Et Petrarcha. 6°. Triumpho. diui.

Ma tarde non fu may gratie diuine.
In quelle ſpero che in me ancho farano.
Alte operation ⁊ pelegrine.

Et iuriſta. C. de nuptiis. l. imperialis. Nō ita credimus dei beniuolentiā ⁊ circa genus humanum nimiam clementiam quātum noſtre nature poſſibile ē imitari. Qui quotidianis hominum peccatis ſp ignoſcere dignatur. ⁊ penitentiam noſtram ſuſcipere. ⁊ ad meliorem eam ſtatum reducere. Et Cano. 26. q. 6. c. Si preſbyter. Et de pe. di. l. c. Multiplex. c. Quia diuinitatis natura. Et de pe. di. 1. c. In actione. Cor contritum ⁊ humiliatum deus nunq̄ ſpernit. Cui dominus ſub te erit appetitus tuus: ⁊ tu dominaberis illius. i. poteris dominari ratione ſi volueris. peccato inuidie: odii. ⁊ aliorum vitiorum ad que inclinaris; q2 liber es. In quibus verbis ponitur talis concluſio. Quod homo quantūcq ſentiat vehementes paſſiones carnis. odii. gulle ⁊c. tamen poteſt ratione ſua frenare ſi vult. Jō Th. in opuſculo. 19. Ex ſtellarum diſpoſitione nulla neceſſitas inducit homini ad agendum: ſed quedam inclinatio ſola: quā ſapientes moderando refrenant. Preterea qd Ptolomeus. dicit in cētilogo. Sapiēs dominabitur aſtris. ibi. Inculpanda ē ergo propria voluntas. De qua Ber. ſuper Can. ſmone. 21. quatuor ponit effectus ipſius. di. Ceſſet propria voluntas ⁊ non erit infernus. Ipſa eſt que paradiſum ſpoliat. infernum ditat. ſanguinem xpi euacuat. ⁊ ditioni diaboli totum mundum ſubiugat. Ille. Prattica notabilis. Unde cauſatur diuerſitas viuendi: Aliqui male aliqui bene viuunt. A voluntate. Duos filios habuit Adā vnū r̄probū. aliū bonū. Un̄ hoc: A volūtate. Tres filios hūit Noe duos bonos. aliū malū. A volūtate. Duodeci filios hūit Jacob: vnū bonū Joſeph: alios reprobos. A volūtate. 7. diaconi ordinati ab aplis. 6. boni. ſeptimꝰ reprobꝰ. noie Nicolaꝰ. A volūtate. In ſcola xpi fuerūt. 12. apli vnꝰ reprobꝰ factꝰ ē. A volūtate. Duo reges fuerūt in egypto. Nabuchodonoſor. ⁊ Pharao. De qbꝰ. 23. q 4. c. Nabuchodonoſor. vnus reprobꝰ: altꝰ bonꝰ. Certe a voluntate. Duo Latrones fuerūt in cruce. vnꝰ pūerſus ē: alius reprobꝰ factꝰ ē. A volūtate. Volūtas ḡ ē cā pcī: adeo q ipſa nō exiſtēte nō eēt pcm̄. Augꝰ. teſte. li. de li° ar°. Pcm̄ adeo volūtariū ē. q ſi nō eēt volūtariū: nō eēt pcm̄. Exēpliſica d ſingul' pcis. Un̄ oia mēbra clamabūt ptra ipſā volūtatē. Clamabit lingua. Per te o volūtas ribalda: dixi malū d deo ⁊ primo. Clamabit oculus. Per te o ribalda vagezaui. Clamabat manꝰ. Per te homicidiū feci. Clamabat pes. Per te corizaui. Ideo Dant. in. 3°. inferni. Per te ſeva. ⁊c. Unde patet primum.

Ertiū dicit ⁊c. Ad argumēta. Rñ
deo ad primū. Qđ plures non pñt
deprimere paſſiões rõne ꝯſtellatio
nis. Rñdet Alber. in. 2. Comp. c. 56. Quod
nulla naturalis ꝯcupiſcētia ⁊ paſſio quan
tūcūꝙ intenſa per neceſſitatem aut per etatē
cogit hominem ad malū. Et ratio: quia ꝑ
ſe poteſt ſuperare quaſcūꝙ paſſiones etiā
potentiſſimas inclinātes ad malū: ⁊ q̄uis
multis difficile ſit operari bonum. hoc to
tum eſt. propter malam conſuetudinem et
malum habitum. qui in naturam conuer
titur. De qua conſuetudine diffuſius dixi
mus in ſermone de Tarditate bene ope
rādi. Unde addit Alb. Quod ratio hui⁹
difficultatꝭ iſurgit ex hoc: quia ab vna par
te eſt inclinatio conſtellationis: ab alia pte
eſt malus habitus. Ideo ⁊c. Ad illud de la
pidibus moiſi. Reſpōdeo ꝙ illi lapides po
tuere habere quandam inclinationem ſup
moiſen ⁊ vxorem ſuam ad inclinandū eos:
ſed non cogendum. Ad Scđm. De dia
bolo. Quod vt cauſa directa ⁊ pricipalis
non eſt peccati noſtri cauſa: ſed propria vo
luntas: vt diffuſius dicemus in ſermone de
tentatione diaboli. Et q̄uis ſua potētia ſit
maxima ſuper terram: iuxta illud Job. 41.
Non eſt poteſtas ſuper terram. que compa
retur ei: tamen pijſſimus deus ipam limita
uit. Paulo teſtante. 1. Corin. 10. Fidelis de⁹
qui non patietur vos tētari ſupra id quod
poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatiōe ꝓ
uentum. vt poſſitis reſiſtere. Habet glo. in
Inſti. de patria poteſtate. Quod quando
imperator facit fieri duellum hoc facit de
pari. Si vn⁹ eſſet monoculus aut ſine ma
nu. ſemper querit paritatem inter eos. Ad
propoſitum. Inter hominem ⁊ demonē eſt
maximū duellum: ſed nulla eſt paritas re
ſpectu potentie demonis cum ſit ſuperior
homine ſimpliciter: tamen ipſam facit de⁹:
dum bellum diaboli facit equiualens cum
bello hominis. Ad tertium de deo. Re
ſpondeo. Quod deus non cogit: ſed trahit
modo gratioſo. Unde Ric. 4. di. 15. Super
verbo chriſti. Niſi pater ⁊c. Auctoritas il
la loquitur de tractu violento. Sed ibi ac
cipitur tractus: per inclinationem volun
tatis. Teſtante Augu. homel. 26. Ramum
viridem oſtendis oui ⁊ trahis illam. Ita
deus oſtendit interius homini ea per que
homo ad deum inclinatur. ⁊ hoc eſt. ipſum
trahi. Ille. Ad quartū. Reſpondeo. Qđ
tyrāni non potuerunt vincere ſanctos: vo
luntatem eorum cogendo. licet corpora: vt
patet de Nerone verſus Petruꝫ ⁊ Paulū.
de Decio verſus Lau. ⁊ ſic de alijs. Quod
patet exemplo Hieronymi in vita Pauli ꝑ
mi heremite. Qui ponit. Quod ſub Decio
⁊ Ualeriano imperatoribus. Fuit quidaꝫ
iuuenis qui miſſus fuit ligat⁹ in campo ad
ſtipitem. cum manibus retro. Uocatur me
retrix: que cepit eum tāgere vt prouocaret
ipſum ad libidinem. Inſpiratus iuuenis. ꝑ
cidit linguam: ⁊ in os illius expuit ⁊ ſic libi
dinem refrenauit.

¶ Alius ſermo in eadem dominica. De tē
tatione diaboli. Ille idē ꝓlogus pōt fieri.
Ubi tria ſunt videnda de ipſa tentatione.
¶ Primum dicitur opinionis.
¶ Secundum dicitur modificationis.
¶ Tertium dicitur remediationis.
¶ Primum dicitur ⁊c. Dubium querit̄ a
Theo. Utruꝫ demoniū ſit cauſa peccati. ⁊
omnium malorū que fiunt: Circa hoc fue
runt due opiniones famoſe. Una dicit ꝙ
ſic. Alia ꝙ nō. Prima probat intentum ſuū
duplici auctoritate. Primo verbis ſcriptu
rarum. Secundo verbis doctorum. Pri
mo ⁊c. Primi Para. 21. Conſurrexit ſathā
contra iſrael: ⁊ incitauit Dauid vt nume
raret iſrael. Quod fuit peccatum ſuperbie
vltra peccatum homicidij ⁊ adulterij. Et. 1.
Petri. 5. Aduerſarius vr̄ dia. ⁊c. Apoc. 12.
Ue terre ⁊ mari: q2 deſcendit dia. ad vos
habens iram magnā. Et. 1. Macha. 5. Bel
lum contra nos eſt. Et Dauid in ps. Mul
ti bellantes aduerſum me. Et alibi. Abſcō
derūt ſuperbi ideſt demones laqueū mihi.
Secundo verbis doctorum. Augu. 16. q. 2.
c. Uiſis habet ille hoſtis antiquus mille no
cendi modus. Et Dam. 2. ſen. Omnis ma
licia ⁊ omnis immundicia: a diabolo ſunt ex
cogitata. Beda ſuper actus apoſtolorum.
Diabolus animam in affectuꝫ malicie tra
hit. Iſidorus de ſum. bo. Diabolus corda
hoīuꝫ occultis cupiditatibus replet. Bern.
ſuper

ſuper Can. Caſtrum anime noſtre in terra
inimicoꝝ ſitum eſt: ⁊ vndiqꝫ oppugnatur.
Dioni.4.c.de di.no. Multitudo demonū
eſt cauſa omnium maloꝝ: ſibi ⁊ aliis.
Preterea. Tritū eſt verbū mulierū. Pater
ego hoc feci. quia diabolus me ſeduxit: imi
tantes euā que dixit domino deo. Serpēs
decepit me.
¶ Secunda opinio. Affirmat ꝙ nō eſt cau
ſa peccati noſtri: ſed noſtra voluntas. Te-
ſtante Ambroſi.15.q.1.c. Non eſt ꝙ noſtraꝫ
culpā aſcribamus erūnam. niſi noſtre volū
tati. Ad hanc diffinitatē reſpondēt Theo
logi maxime Tho.1.2.q.80.ar.4. In.1.par
te.q.114.ar.3. In.3.p.q.8.a.3. Bon.2.diſti.
15. Ricar. ibidem. Quod aliquid poteſt eē
cauſa peccati dupliciē. Vno modo directe
⁊ principaliter. Alio modo indirecte ⁊ ſe-
cundario. Exemplifica. De illo qui homici
dium per ſe facit: qui eſt cauſa directa ho
micidij illius. Et de illo qui per alium facit
fieri eſt cauſa indirecta. Ad propoſitū. Vt
cauſa directa: diabolus non eſt cauſa pec-
cati. Que concluſio probatur triplici me-
dio Rōne. Auctoritate. Exemplo. Primo
ratione duplici ſic. Nihil poteſt eſſe cauſa
peccati directe niſi qui poteſt mouere vo-
luntatem ad peccandum. Voluntas autēꝫ
hominis: a duobus moueri poteſt. Aut a ſe
met. Aut ab ipſo deo. Ab ipſo deo non mo-
uetur ad malum: quia deus non eſt cauſa
peccati. Teſtante Auguſtino libro.83.q.
Deo auctore non fit homo deterior. Ideo
clamat ſapiens. Eccleſiaſtici.21. Quaſi a fa
cie colubri fuge peccatū. Vnde liberum fe
cit hominēꝫ. Eccleſiaſtici.15. Deus ab ini-
tio conſtituit hominem: ⁊ reliquit eum in
manu conſilij ſui. Et Dauid in ps. Anima
mea in manibus meis ſemper. In.3. Ethi-
corum. Nos ſumus domini noſtrarū ope-
rationum: a principio vſqꝫ ad finēꝫ. Idem.
Homo eſt principium ſuarum operationū.
Si ergo voluntas hominis non mouetur a
deo ad malum: relinquitur ergo ꝙ ſi facit
malum ⁊ peccatum: ſit ſua voluntas dire-
cte cauſa illius mali ⁊ peccati. Et non dia-
bolus. Ad illud facit quod Auguſtinus di
cit libro de eccleſiaſticis dogmatibus. Nō
omnes cogitationes noſtre male a diabo-

lo excitantur. ſed aliquotiens ex noſtri arbi
trij motu emergunt. Et Origi. dicit. Quod
ſi demoniū non eſſet: adhuc homines ha-
berent appetitum cibi ⁊ venereoꝝ. Vnde
patet. Secunda ratio ſic. Si demon eēt
directe cauſa peccati. Quando dares ele-
moſinaꝫ: quando ires ad eccleſiam: ⁊ face-
res alia de genere bonorum: non te fineret.
Quare pater: Reſpondeo: quia diabolus
ſemper ⁊ omni hora eſt malus contra ho-
mines. Teſtante Auguſtino.4. de tri. Dia
bolus ſue ſocietati ſemper malignos affe-
ctus inſpirat. Et cum ſit ꝙ non ſit homo q
non faciat aliquando aliquod bonum: ſe-
quit ꝙ demon non ſit cauſa peccati: vt cā
directa. Et licet poteſtas ſua ſit maxia ſup
omnes potentias mundi: iuxta illud Job
41. Non eſt poteſtas ſuper terram que cō-
paretur ei. Non tamen poteſt cogere volū-
tatem hominis ad peccandum. Sed ipſa
per ſe eſt cauſa. Vnde Auguſtinꝰ in.1.c.3.
de libero arbitrio. Nulla alia re mens no-
ſtra ſit ſerua libidinis: niſi propria volunta
te. Ala pratica. Si es ſuperbus. E che ne-
ſun te po parlar: inculpa teipſum non dia-
bolum. Si ꝯcubinariꝰ: incarognado de ql
pezo de carne. Si auarꝰ. Si vſarius: l oibꝰ
inculpa teipſm. Verte te ad mulieres. Si
cadis in lapſum carnis: inculpa teipſam:
quia non fugis occaſiones. Cur ſtas ad fe
neſtram: Cur loqueris cū iuuenibus: Cur
ponis beletum in facie: Reſumi doni. Aq̄
de vida. vnguenti. biachi: Quare oſtēdis
faciem tuam ad ignem: Quare facis tibi
cerudellos: Quare vadis ad ballos: Qua
re dicis verba ocioſa: Fuge occaſiones et
demon non infeſtabit te. Fali reſiſtencia ⁊
fugiet a te. Jac.4. Reſiſtite diabolo ⁊ fu-
giet a vobis. Quia debilis eſt. Hiero. De-
bilis eſt hoſtis: ⁊ non poteſt vincere niſi vo
lentem. Volūtas ergo noſtra eſt cauſa pec
cati. Bernardus ſermone.21. ſuper Canti.
Tolle propriam voluntatem ⁊ nō erit in- no.
fernus. Cicero tertia paradoxa. Nec enim
peccata rerum euentu: ſed vitijs hominuꝫ
metienda ſunt. Et Seneca: libro de mori-
bus. Tolle excuſationem: nemo peccat in-
uitus. Quod patet exemplis. Primo de
monacho. qui coxit oua ad lumen lucerne.

crio dios al hōbre y pusole en la mano de su libre aluedrio pa
q de ij caminos escojese el q quiesse el bueno o el malo./

inuentus a prelato dixit. Diabolus tentauit me. Diabolus mentiris inquit. q: nūꝙ hoc cogitauiſſem. Et de beato Antonio cū demonem reprehenderet ꝙ diſcipulos infeſtabat. Reſpondit Antoni non ſum ego: ſed ipſi ſe mutuo perturbant. Exemplū de muliere Bergomenſi. Que iuit colligere ficus in zocholi: cecidit tibijs fractis. Que dixit. Maledictus ſit diabolus. Sic faciūt mulieres: que ſe conturbant cum cane gata. igne. Salo. Non eſt ira ſuper iram mulieris. Reſpondit demon. Maledicta ſis tu non ego. Nō ſcis ſi in zocholis debet iri ſuper ficum? O quot ſunt: qui demonem inculpant cum ſint ipſi cauſa peccati: quia nō fugiunt occaſiones. Unde patet prima concluſio. Secūda eſt. Aliquid poteſt eſſe cā peccati: vt cauſa indirecta. ſcilicet per modum perſuadentis vel proponentis malū. Et iſto modo diabolus eſt cauſa omnium malorum. Inquantum proponit homini impedimenta quibus cadit in peccatis. Que impedimenta figurantur per Ouidium. x. Meta. vbi dicit. Quod virgo fuit nomine Athlantes. que fuit tante ſpecioſitatis vt ab omnibus adamaretur. Unde poſitū fuit decretum a dijs: ꝙ nemo poſſet habere eam vxorem: niſi ipſam in currendo vinceret. Nam erat velociſſima in curſu. Quidā nomine Hipomenes. 3. poma aurea fieri fecit. que proiecit ante eam in curſu dū illa moraretur vt poma colligeret. ille precurrit ⁊ ſic eā vicit. Qua victa eā hūit in vxorē. Moralit. Athlantes eſt anima noſtra cuius ſpecies excedit omnes pulchritudines. 6. Poli. Anima eſt nobilior omni corpore. Currit fortiter ad curſum vite eterne. i. Corin. 9. Sic currite: vt comprehendat. Sꝫ demon volens impedire eam ab hoc curſu. tria ei impedimenta quaſi. 3. poma aurea proponit. Que quaſi totum mundum ſubmittunt ditioni diaboli. Primum eſt delectatio carnalis. propter quā quot mala fiunt? Quot verba ocioſa? Quot vagazamenti? Quot libri inhoneſti. in domibus ciuium ſunt? Quot vagationes mentis ad miſſas? Secundum eſt delectatio rerum temporalium: pro quibus quot vſure committuntur? Rapiuntur non ſua. Non redduntur ablata. Eccleſiaſtici. 13. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. Tertium eſt. Spes diu viuendi. O pater non moriar tam cito. Aptabo facta mea. Bene comedo: ⁊ video ſine ochiali. Teneo bichierum ⁊ non mihi tremat brachium? Quod contra Eccleſiaſtes. 9. Neſcit homo finem ſuum. Dubius quo ad locum. Ad tempus. Ad modum. Unde quidam. Non te condur may al ponte extremo. Che molti ha inganato el ben faremo. Quibus modis tentet: videamus in. 2. miſterio.

s Ecundum miſterium ⁊c. Secundū Alber. libro. 2. Comp. c. 2. tentat. 3. modis.

¶ Primo de omni crimine.

¶ Secundo ex omni parte.

¶ Tertio in omni tempore.

¶ Primo ⁊c. De. 7. vitijs capitalibus. Primū eſt ſuperbia. Qui cum ſit caput ſuperbie. iuxta illud Job. 41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Ideo tentat homines de hoc. De hac tentauit primos parentes. Gen. 3. Eritis ſicut dij: ſcientes bonum ⁊ malum. Super quo Nic. de lyra. Nō eſt credendum: ꝙ Adam qui erat peritiſſimus. crederet hoc verbis ſerpentis: quia impoſſibile hoc erat. ſed eua que erat modici cerebri. Ceruel fodra de ſtopa: fidē prebuit. O quot tentat de hoc vitio. In preſentiarū. 3. generationes perſonarum infeſtat. Prima eſt religioſorum qui de pluribus ſe iactantes deprimūt alios. Monachi gloriantur habere pro patre Benedictum in occidente: ⁊ Baſilium in oriente. Predicatores ⁊ minores plura dicunt extollendo ſuos ordines. Heremitani ſumme venerantur Auguſtinum: induentes eum habitu ſuo. Seruite ſe nominant precipuos ſeruitores virginis. Carmelite a mōte Carmelo. ſub Helia propheta. predicant habuiſſe initium. Et ita vnuſquiſqꝫ paſſionate ⁊ ſuperbe ordinem ſuum alijs prefert. ſeculares ſcandalizantes. Cum non valeat dicere. Ego ſum de iſta religione. Contra tales act. x. In veritate compi: quoniam non eſt perſonarū acceptor deus ſed in omni gente qui timēt illū acceptus eſt illi. Secūda generatio perſonarum: eſt preſbyterorū ſecularium: qui ſe extollunt

ſe extollunt de celebrat͂ōe miſſaruꝫ. De can
tu. Quod vnus cantet dulcius altero. Exē
plum mulieris. Que dum cantaretur a pre
ſbytero: in ſabbato ſancto. Exultet iam an
gelica turba celorum, flebat aſinum ſuum.
Quam cum videret ſic flentem: cogitauit
ꝙ fleret pre dulcitudine cantus: ⁊ vocis.
Finito ſermone interrogauit quare ſic fle
ret. Reſpondit. Quia recordata ſum aſini
mei mortui. qui ſic ⁊ ipſe dulciter canebat.

Tertia generatio ē laycoꝝ. Qui de ſan
guis nobilitate gloriant̄. O pater. Ego ſuꝫ
de tali domo. a q̄ exiere milites. Adhuc ex
tat caſſonus ſcripturarum. Domus noſtra
antiqua. Pater meus: fuit ſignor Pandul
fo. Parente ſtretto del Conte Borella. Co
ſin zerman de Facin can. Beniuolo de Ja
ni dlla tela. Fradello zurado de Brazo da
Peroſa. La miciɔia noſtra ſe extende p tu
to. Al Zenoua cum la caſa Doria. Al Bolo
gna cum Jmaluezi. Quis es talis? Eſt vnꝰ
poltronus: mortuus fame. Faceria. Ducis
Uene. Cui dū mare ſponſaret in die aſcēſi
onis quidam rn̄dit dum diceret. Quis ſuꝫ
ego? rn̄dit. Dn̄s regni cypri. Iteꝝ. Quis ſū
ego? Rn̄dit. Dn̄s maris. Rn̄dit quidā Ja
nueñs. Tu ſey el caga ſangue. O ſuperbia
mundana. Dum vellent eū occidere: qdaꝫ
ciues el ſpazono p mato ⁊ ſic euaſit. Cōtra
tales. C. Flamineus ꝯtra. P. Corne. Scip.
Ego enim nō in aliena gloria aut falſis for
tune bonis. ſꝫ in ꝑpria veraqꝫ ai ꝟtute: no
bilitatē hoīs eſſe exiſtimo. Et Hiero. ad Ce
lantiā. Nobilitas ſūma eſt apud deū: claꝝ
eſſe virtutibꝰ. Preterea ſupbiunt mulieres
in veſtibus. in nouis fozis in recamaturis.
Ex vna pte el cortello. Ex alia el chiauacor
Deſiē cis la Tenaia col martello: apperēt
maeſtre de ſoſina. Portāt cornua etiam: et
cerudellos. Dic mihi mr. Ad quod ſignuꝫ
cognoſceret̄ Macharius ⁊ diabolꝰ: veſtiti
da remito? Certe dia. ad griſas ⁊ vngues.
Ita mulier ad cornua. Cōtra tales Salo.
Uanitas vanitatū: ⁊ oia ⁊c. 2°. Tentat
de auaricia. Per quā ſinat plima. Et facit
ſuū deū robā. Nō curat de paupibꝰ. rapit
aliena. Jō glo. i ꝓlogo decretaliū. Di. 47.
c. Bonoꝝ. Et i Antᵒ. Ut iudices ſine quoqꝫ
ſuffragio. §. Cogitatio. Col. 2. Cupiditas ē
radix oſum maloꝝ. Et quidaꝫ vulgaris. E
vna lupa. che di tuti brami. Sēbraua car
ga ne la ſua magreza. Che molta gente. fa
za viuer grāme. Et bn̄: q2 totū mūdū facit
dolere. ꝯqueri: ⁊ lamētari: ipſa pſida auari
cia. Contra tales. Eph. 5. Ois auarus non
hꝫ ꝑtē i regno dei ⁊ xpi. Hic auarus: ⁊ i fu
turo: q2 nec ꝑ anima dicet̄ Pr̄ nr̄. 3°. Tē
tat de luxuria. Ex qua inducit facere illici
ta. Pater cum filia. amicus cum amico. cō
par cum commatre. Nō eſt amplius vere
cūdia publice tenere concubinas. Sinitur
vxor: ⁊ nutritur la putana. cum manicis ru
bris. Et ſic perdit honores ⁊ res tempora
les. Salo. Qui nutrit ſcortum. perdet ſub
ſtantiam. Ad ꝓpoſitū. Unde bene qdaꝫ
dixit. Chi aſini caza: ⁊ meretrice mena: non
vñ may de briga ne di pena. Contra tales
Aug. libro de conflictu vitiorum. O ꝗꝫ pua
concubitus hora: pro qua perditur eterna
vita. Quarto. Tentat de inuidia. Ex q̄
vnus inuidet alteri. Arteſanus i arteſanū.
Mercator in mercatorem. Nobilis in nobi
lem. anguſtiatur, dolet. Unde deberent gau
dere: dolent. Quod contra phs. 9. Ethico.
Amicus ſe debet habere ad amicum: ſicut
ad ſeipſum. Et xp̄s Mat. xij. Diliges proxi
muꝫ tuū ſicut teipſum. Jn hac ciuitate ſunt
tria peccata. Superbia maxima. Pouero
ſuperbo: Jnuidia per quam mulier ortula
ni vult ſe equiparare mulieri doctoris. Jn
compaſſio: vel crudelitas ⁊ duricia ſuper
pauperes. Mirum. Creſcunt quotidie an
garie dominorum: nec deficit pompa.

Quinto. Tentat de gulla. El mal de ſan
Biaſo. O quot ſunt: qui per vn boconeto:
andara cento mia ⁊ negaria. s. Franceſco.
Uadunt ad beccariam die ſabbati: ſummo
mane. O compagno ten quel lachieto. Go
uerna quel figadeto. Ad tabernam: volunt
de bona ꝟnaza. O cōpagno faciet tibi no
cumentū oculis. Dicit ille. Melius eſt hr̄e
oculos ſgarbellatos. ꝗꝫ mori fiti. Non guar
dāt ad vigilias ſctoꝝ: nec q̄drageſi. Tales
figurant̄ p Eſau: de quo Geñ. 25. Qui fra
tri ſuo Jacob vendidit ꝓmogeniturā. pro
vna ſcutella lentis. Ad minus fuiſſent figa
deti. Similes ſunt illi Florētino: qui come
dit pro. x. cum eſſet in conuiuio ⁊ come

Aſſet tanq̃ lapus: quaſi vſq̃ ad vomituȝ: videns afferri ranas in quantitate: ⁊ laute coctas: quarum ipſe cupidus erat: indignatus dixit. In ſe de dio. Si mori deberem: partem meam volo. Tantũ comedit q̃ crepuit medius. Ideo Dant. inuenit eum in inferno. c. 6. inferni. di.

Voy citadini mi chiamaſti ciacho. i. porco.
Per la damnoſa colpa dela golla.
Come tu vedi la pioza mi ſiaccho.
Et io anima triſta non ſon ſola.

Sexto tentat de ira. Ex qua deus ⁊ ſancti vituperantur. Quia in p°. Ethi. Impoſſibile eſt indignantem. operari bona. Et Prouer. 17. Ira non habet miſericordiam. El Cato dice. Ira impedit animum ne poſſit cernere verum. Exemplum illius Aſculani. Qui nouum genus blaſſemie inuenit. El cagaſangue veniat aſine que portauit chriſtum in egyptum. Contra tales Dd. Iraſcimini ⁊ nolite peccar. Septimo ꝺ accidia. Ex qua ſtat ocioſus: ⁊ piger vt non poſſit operari bona. Extra de renunciatione. c. Niſi cum pridem. Ocioſitas ⁊ voluptas arma ſunt hoſtis antiqui: ad miſeras animas captiuandas. Quod exemplis patet. De Dd. ocioſo quid fecerit. De Salo. De Sanſone in ſinu Dalide O quot mala fiunt ſup apothecas: dicuntur turpia. ⁊ verba ocioſa. O iuuenes qd hic ſtatis tota die ocioſi: ¶ Scdo tẽtat ex omni latere. Primo ante: vt hominem detineat a bonis inceptis. O quot ſunt qui bonum incipiunt per dies aliquot continuando: ſed ſuaſu diaboli: cito deficiunt. Secundo retro. Quia conatur deducere hominem ad peccata preterita: ad vomitum vt canis. Tertio a dextris per proſperitatem. Deutero. 33. Incraſſatus eſt dilectus meus ⁊ recalcitrauit. vt faciat homineȝ obliuiſci de deo. Unde. Quintus Curtius. Fragilitatis humane: nimia in proſpis rebus obliuio ē. Et Titus liuius. 2°. bello pu. Ferme eniȝ fit. vt ſecunde res negligentiam creent. Quarto a ſiniſtris. per tribulationes. ps. Cadent a latere tuo mille. Per aduerſitatem. Et decem milia a dextris tuis. Per pſperitatẽ. Quia pl'es abutuntur proſperitate: vt de Dd. Salomo.

Quinto ſurſum. Quia ex peccato ſuperbie ſue: Adam tentauit. Ex quo natura humana lapſa eſt. Sexto deorſum. Quia conatur hominem deducere ad perditioneȝ eternam. In vitis patrum. Interrogauit Macharius demon: de quo plus letabatur in mundo: ridendo reſpondit. Quando mecum deduco animam in infernum. ¶ Tertio principaliter Tentat in omni tempore. Et hoc quatuor tẽporib⁹. Primo in pueritia: vt incoet habitum vitioꝝ. Inobediens patri ⁊ matri. Ignorat Pater noſter. Aue. Credo. cum tamen teneatur ſcire ⁊ doceri. De conſe. di. 4. Vos ante omnia. Fiunt ingrati. ladri. Quod contra Eccleſiaſtici. 6. Filiĳ tibi ſunt: incurua illos a pueritia illorum. Ad vos clamo: o patres: pro quibus rationem reddetis in iudicio. Secundo in iuuẽtute: vt ſequãtur concubinas. blaſſemias. periuria. vſuras. Que omnia iuuenes acquiſierunt a parentibus ſuis. Quid relinques in teſtamento: o pater filio tuo: Uere lanceas. baleſtras. arcus. tabulerium. cartas. datos.

Tertio tentat in decrepitate: vt non attendat anime proprie: habens pedem iam in foſſa. ⁊ hũs oculos lippos ⁊ eat cũ baculo. Contra tales dicitur Iere. 3. Bonum ē viro ſe portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Quarto in ſomnis tentat. Secũdũ Tho. 22. q. 46. ar. 6. Cum ſint tria ſomnia Quedam a natura. Quedam a deo. Quedam a diabolo. De his ſomniĳs homines tentat. quando in eis apparet. In collationibus abbatis Moyſi legitur de heremita: cui demon apparuit in forma boni angeli. Surge inquit ad laudandum deum. Et aliquando portabat ei lumen: ⁊ dicebat. Nauis talis ſubmerſa eſt. ora pro animabus illis. quia ſunt in purgatorio. Tãdem oſtendit ei in viſione celum apertum ⁊ infernum. di. Niſi iudeus ſias: non intrabis celum. Iudeus factus eſt. ⁊ damnat⁹. Unde caute incedendum eſt. Quia dicit Eccleſiaſtici. 5. Ubi multa ſomnia. ibi multe vanitates. Et. 34. Eccleſiaſtici. Multos errare fecerunt ſomnia. Et. 26. q. 7. Non inueniatur in te qui obſeruet ſomnia. Clama contra ſeculares: qui ſidẽ facile pͥant.

Sexto tentat in vigilia. Quia habet hanc poteſtatem vt aerem iſtum poſſit condenſare. Quo facto viſus deludit. Exemplum patet puelle. que oculis omniũ videbatur equa. Monachi autẽ. ſ. Macharij compatientes ei rogarũt patrem pro ea. Reſpõdit Macharius. Oculi veſtri ſunt deluſi: non ẽ equa ſed mulier. Unde aperuit oculos illorum. Ad quod facit exemplũ illud mirabile: i libro quod dicitur. Fortalicium fidei. Quod in regno francie. Cum iudei maleficijs vterẽtur: accidit  quidam iudeus factus eſt amicus cuiuſdam miniſtri iuſticie: quem orauit vt daret ei cor hominis chriſtiani: fingens velle pro medicina. promittens ei. 30. coronas auri. Quod factum eſt. Extraxit autem cor a quodam chriſtiano: quem iuſticia exigente ſquartarat ⁊ dedit vxori cuſtodiendũ. Mulier autem prudens cor porci dedit iudeo pro illo chriſtiani. Judeus autem credens ſe habere cor chriſtiani: ſepeliuit illud in quodam cãpo latiſſimo: in quo paulo poſt venit magna multitudo porcorum. Qui mutuo bellã concitantes: vnus non remanſit quin ſe occideret. iudeus captus: dixit. Hoc idem factum fuiſſet ſi cor hominis chriſtiani fuiſſet ibi ſepultum. Hoc ideo inquit iudeus ſeci: quia in vigilia demon me ſeduxit. Et  tu o anima cara: de tot ⁊ tantis demon tentet. noli tamẽ timere. Quia non poteſt niſi quantum tu vis. Unde Tho. 2. di. 21. ar. 2. dicit. Licet demonis potentia ſit maior poteſtate hominis: tamen quo ad aliqd non eſt maior. ſ. quo ad liberum arbitrium quod cogi non poteſt. Nam homo eſt dñs ſuorum actuum. Demon autem non. Secundum Alber. ſuper Luc. 3. bona ſunt in demonibus. de quibus pro libito non poſſunt diſponere: niſi tm̃ quantum a deo permittitur. Primũ naturalis exiſtẽtia. Sunt eñ natura pulcri. ne quãtũ ad ſubſtãtiã ſue nature ſunt turpiores angelis bonis: ⁊ tamen in ſui natura: ſubſtãtia: ⁊ decore: nõ poſſunt hominibus apparere. Immo apparent: aut in corporibus aſſumptis in tali deformitate:  videntes contriſtantur. Et hoc virgo noluit videre ipſum in morte Unde Tho. ſupra: dicit. Demon nõ potuit aſſumere aliam formam preter ſerpentis; quando euam ſeduxit. Secũdum bonũ eſt naturalis ſapientia. quã vellent ↄtra nos. vti omni aſtutia. Sed deus eos non ſinit. qui ſua clementia illuminat nos ad vitandas ſuas fraudes: dolos. Tertium natural' potentia. Poſſent facere miranda: deludere ſenſus hominis: vexare corpora: ſpargere aquas maris ſuper terram. Turbare totã machinaꝫ ſuffocare homines ruere domos Sed deus ſua bonitate non ſinit: niſi  homo poteſt ei reſiſtere. Unde dicit Tho. p. par. q. 114. Demon ſemel victus ab aliquo. non amplius eum tentat: niſi ad multum temporis. Et hoc duplici ratione. Primo diuine clemẽtie.  ſeruos ſuos nõ patiẽ vexari ſupra vires. Scd̃o ratiõe ſuperbie. quia non poteſt pati ſuperetur ab homiẽ inferiore ſue nature. Ideo Mat. 4. Demõ qui tentauit xp̃m in deſerto: amplius non moleſtauit vſ ad paſſionem. Ad quod facit exemplum illud mirabile de monacho Anaſtaſio. Qui centum demones habuit. 40. annis ad tentationem. Quos poſt reſiſtentiam tanti temporis habuit ad obediẽtiam: ⁊ ſubiectionem: ita  ad eius preceptum: fecit monaſteriũ pro. c. monachis: cum omnibus officinis. Aquas a longe ducẽtes per aqueductus ſubteraneos. Et Mat. 8. de quodam demone cũ expellereẽ a quodam petijt a chriſto ingredi porcos. quaſi nõ auſus per ſemet ingredi. Et Job. i. De licẽtia dei fuit vexatus. Qui etiã nõ poſſunt cognoſcere cogitationes hominũ. Unde patet. Secundum.

Tertium dicitur ⁊c. Ad ipſuꝫ demonem debellandũ: ſunt. 5. remedia. Que etiam ſunt neceſſaria ad defenſionem vnius caſtri ciuitatiſue debellate ab inimicis.

¶ Primũ eſt. Succurſus populorum.
¶ Secundũ eſt. Prouiſio munitionũ.
¶ Tertium eſt. Reſiſtentia inimicorum.
¶ Quartum eſt. Fidelitas militũ.
¶ Quintum eſt. Solicitudo cuſtodie.

¶ Primum ⁊c. Ciuitas capitur ab inimicis: quando deficiunt milites ⁊ populi: qui eam defendant. Conſtãtinopolis. Capha. Boſſina. Barra. Grecia. Theſalia. Marra. Peloponeſũ. Trabeſonda. De ciuitates ſuere capte a Turcis. quia non fuere

deſenſate a chriſtianis. Remediū iſtud opʒ haberi contra demones: qui pugnant contra caſtꝑ anime nr̄e. Et hoc eſt refugiū orationis. Quod patet figura: ⁊ auctoritate. Primo figura. Exo. 17. De moiſe orāte: qn̄ populus pugnabat contra amalechitas: ⁊ ipſe tenebat manus depreſſas. populus ꝑdebat. Et quando tenebat altas vincebat. In ſignum ꝙ oratio eſt victoria contra inimicos. Secūdo auctoritate. Mar. 9. Hoc genus demoniorū in nullo poteſt exire: niſi in oratione ⁊ ieiunio. Que oratio debet fieri. 3. generibus perſonaꝝ. Primo Ieſu chriſto. qui eſt aduocatus apud patrem. Hieronymus ad Euſto. Itaqʒ omni auxilio deſtitutus: ad ieſu iacebam pedes: rigabā lachrymis: crine tergebaʒ. Secundo Marie Ber. In periculis: in āguſtijs: in rebus dubijs: mariam cogita. mariam inuoca nō recedat ab ore tuo non recedat a corde. Tertio omnibus ſanctis. Job. 5. Uoca ergo ſi ē qui tibi reſpondeat. ⁊ ad aliquem ſanctorum conuertere. ¶ Scđm ⁊c. Ut bombarde. ſchiopeti. paſſauolanti. zarabotani. archibuſi. baleſtri. Iſtud remedium cōtra demoneʒ: eſt humiliatio ſui. Unde eſt ꝙ plēs non ſe corrigunt: Quia non ſe cognoſcūt. Lact. i. c. 1º. Hec .n. prauitatis eſt cā: ignoratio ſui. Anto. vidit totum mundū laqīs plenum dixit. O quis poterit vitare iſtos. Reſponſum eſt. Antoni: ſola humilitas. Et Dauid de ſeipſo. Humiliatus ſum: ⁊ liberauit me. Diabolus eſt ſuperbus: ⁊ humilitatem abhorret. Unde dixit diabolus Antonio. Si tu vigilas: ego non dormio. Si ieiunas: ego cibum non capio. in ſola humilitate me ſuperas. ¶ Tertium eſt ⁊c. Iſtud eſt meditatio paſſiōis chriſti. 2. Paralipo. 20. Cū ignoramus quid agere debeamus: hoc ſolum habemus reſiduū: vt oculos noſtros dirigamus ad te. Greg. Si paſſio chriſti ad memoriaʒ reducitur. nihil eſt adeo durum quod nō equo animo toleretur. Figura de Marath fluuio. Exo. xi. ¶ Quartum eſt. Fidelitas. Eph. 5. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Quod ſignatur in quodaʒ fideli notario apud ꝯſtantinopli. De quo legit. Qđ cū qdā mag⁹ duxiſſet eū ad qndā locū vbi ſtabat maxima multitudo demonum. vnus eorum in throno ſedēs: interrogauit ſi ſeruus ſu⁹ vellet eſſe. At ille ſignauit ſe di. Ego ſum ſeru⁹. s. Trinitatis. Audito hoc nomine. Trinitatis ⁊ viſo ſigno crucis: omnes diaboli fugerunt. Cuʒ igitur ad eccleſiam. s. Sophie iuiſſet imago chriſti que ibi erat oculos vertebat ad ipſum: quocūqʒ iret. Acſi ipo facto diceret chriſt⁹. Quia confeſſus es me coram diabolis: in terris. ego confitebor te coram patre meo ī celis. ¶ Quintum eſt ⁊c. Ut quando fiunt bone guarde. Clamādo. O dal Torazo fa bona guarda. O da la torre de ſoto. Iſtud remedium: eſt aſſidua bona operatio. Hiero. de con. di. 5. Nunqʒ. Semper aliquid boni facito. vt diabolus te ſemꝑ inueniat occupatum.

¶ Feria. 2. Prime ebdomade 40. De iudicio vniuerſali.

IBunt hi in ſupplicium eternum: iuſti autem in vitam eternaʒ. Mat. 25. ¶ Scđm ſententiaʒ Aug. ſi aliquis eſſet qui de tota ſcriptura nihil aliud ſciret niſi ſolum p̄ſentem lectionem: hoc ſolum ſufficeret ſibi ad ſalutem. Impero che in eſſa cōtinetur bonum ⁊ malū. ſaluatio ⁊ perditio hominis. Cum venerit inquit euangeliſta filius hominis in maieſtate ſua: ⁊ omnes angeli cū eo: congregabuntur ante eum omnes gentes. Secūdum Tho. in. 4. di. 47. Duplex eſt iudicium quo homo iudicatur. Unum particulare: in quo iudicatur ſm̄ oꝑa ſua. De quo Eccleſiaſtici. 41. Hoc iudicium a deo omni carni. Et Apo. 14. Opera enim illorum ſequūtur illos. Aliud eſt vniuerſale: de quo hodie fit mentio. In quo congregabuntur omnes gentes ante iudicem: boni ⁊ mali. Et quia vt habet philoſopus tertio Topi. Ineſt deo iuſticiam facere. Iō cuilibet dabit ꝙ ſuum erit. Hic eſt ille equiſſimus iudex: qui facta noſtra omnibus notificabit. Nauū. 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua: ⁊ oſtendam cunctis gentibus ignominiam tuam. Eccleſia. Liber ſcript⁹ proferetur in quo totum continetur: vnde mundus iudicetur. Iudex ergo cū ſedebit: quicquid

quicquid latet apparebit: nil inultum remanebit. Hic eſt qui rationē exiget de anima noſtra. Ideo ſcriptura Deutero. 4. Cuſtodi temetipſum: ⁊ animã tuam ſolicite. Hic eſt qui rationē exiget de tempore. Eccleſiaſtici. 6. Fili conſerua tempus: ⁊ declina a malo. Cōſerua tempus: quia breue. p̄. ad Corin. 7. Tempus breue eſt. De qua in 4. Phiſi. Nihil habemus de tempore: niſi nūc ideſt preſens tempus. Quia precioſū. Bernar. Nihil precioſius tempore. Cū venerit inquit filius hominis congre. ante eū omnes gentes. Boni ⁊ mali. Bonis dicet ꝟbum ſalutis. Uenite benedicti patris mei: poſſidete vobis paratum regnum a conſtitutione mundi. Malis dicet verbum perditionis. Ite maledicti in ignem eternum. Bene dicunt aſſumpta verba. Ibunt hi in ſupplicium eternum. De quo iudicio tria ſunt videnda.

¶ Primum verificationis.
¶ Secundum ordinationis.
¶ Tertium conſumationis.

Circa primum. Queritur dubium vtrum iudicium vniuerſale: ſit futurum: Ad hoc due opiniones fuere. Una eſt ꝙ nō. altera ꝙ ſic. Prima ꝙ nō ſic probat. Iuſticia requirit: ꝙ vna res ſemel bene iudicata: bis nō iudicetur: vt patet. ff. de officio pretoris. l. Obſeruandum. Et. ff. ď iudicijs in. l. iudex. Et. 30. q. 5. c. Iudicantem. Ad propoſitū. Deus eſt iuſtus iudex: cum hominem iudicet in morte. iuxta illud. Apoca. 14. Opera enim illorū ſequuntur illos. Ideo iterum non debet iudicare in vniuerſali iudicio. Unde Naum primo. Non iudicat deus bis in id ipſum. Et hoc fundamēto Saducei moti ſunt ad negandū reſurrectiōem. Alia opinio dicit ꝙ ſic. Quia hodiernum euangelium loquitur de hoc. Ad hāc difficultatē. Reſpōdeo ſm Theo. ſ. Tho. in. 4. diſtin. 47. Et Magiſtrum in. 4. di. 48. Et Alexan. 4. di. 48. Et Bona. in. 4. diſtin. eadem: ponunt hanc concluſionem. Quod iudicium vniuerſale omnino eſt futurum. Que probatur rationibus. Auctoritatibus. Ratione triplici.

¶ Primo. Rōne diuine iuſticie.
¶ Secūdo. Ratione diuine ſapientie.
¶ Tertio. Rōe ꝑfectōis humane nature.

¶ Primo ⁊c. Ad diuinam iuſticiam pertinet malos perdere: ⁊ punire eos ſecundū demerita: vt patet. xij. q. 2. c. Cū deuotiſſimā. Et. l. Ita vulneratus. ff. ad. l. aquiliam. Et. C. de fur. l. ſi quis. Et. ff. de penis. l. Si capitalium. Hec autem iuſticia: cum ſit preclariſſima virtutum. vt habet phs. 5. Ethi. maxime habet reperiri in deo. Quia vt dicit. ſ. Tho. 1. par. q. 21. a. 1. Cum quo eſt Cōmentator. Omne quod eſt potiſſimū: deo eſt attribuendum. Si reperitur in hominibus: multo magis in deo. Sed nota ſcd̃m Alber. Qd̃ quattuor habent reperiri i deo que nullo modo poſſunt reperiri in homine taliter. Primum eſt potentia infinita. Et hanc potentiā oſtendit mundo: quādo ipſum de nihilo patrauit. iuxta illud. Terram ⁊ mare tu creaſti. Scd̃m eſt ſapientia infinita. Ps. Omnia in ſapiētia feciſti. Ro. 8. O altitudo diuitiarū ſapientie ⁊ ſciētie dei. Tertium eſt miſericordia quā oſtendit mundo in expectatione peccatorum. Iſa. 3. Expectat nos deus: vt miſereatur nr̃i. Quartum eſt iuſticia. Sed hanc mūdo plene non oſtendit. Quod apparet. Uidimus enim mala fieri. Unus deū vituperat. Alius vſuras cōmittit. Alius nigromantiā ſequitur. Alius aſaſinat pauperē: verumtamen tales non puniuntur de ſceleribꝰ ſuis. Unde Dauid. Uidi impiū ſuperexaltatū. Et alibi. Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Et Job admirans. 21. dicit. Quare impij viuunt ſublimati ſunt cōfortati ſunt diuitijs vere dormit ⁊ ſurdus effectꝰ eſt. Jo. 8. Ipſe vero dormiebat. Ad propoſitum. Si iuſtus eſt. debet iuſticiā facere in peccatore: in preſentiarum non habet locum. ergo fiet in iudicio vniuerſali. Aliter deus non eſſet iuſtus. Quod eſt impoſſibile. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui curſū conſumaui fi. ſer. de reli. repo. ē mi. i corona iuſticie. quā red. mi. iuſtꝰ iudex

¶ 2°. rōe ⁊c. Ad diuinā ſapiā ꝑtinet ſublimare ꝟtuoſos. Luc. 1. Exaltauit humiles Quia vt habet phs. 4. Ethi. Honor eſt exhibitio reuerentie in teſtimonium virtutis. In eodem. Solus bonus ſm virtutem: eſt honorandus. Ro. 2. Gloriā ⁊ honorē q̄rentibus vitam eternam. Ad ꝑpoſitū. Dolos

putauerant deum colere crucifixum. Plangent xpiani peccatores: qui magis dilexerũt mundum ꝙ deuz. Prattica ſuper iſtas generationes. Fac orationem o xpiane. vt det tibi gratiam deus plangendi peccata tua hic: ne fleas in valle Joſaphat. Quod bene Job petebat. x. c. Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum. anteꝙ vadam ⁊ non reuertar. ¶ Tertio ordinabitur ⁊c̃. Contemplantur hoc. ꝙ adueniente mundi fine, qui ſoli deo eſt cognitus: vt dicit. s. Tho. 4. di. 43. ar. 3. Chriſtus ieſus cui conceſſum eſt a patre facere hoc iudicium: ipſuz manifeſtabit matri ſue. angelis. apoſtolis. ⁊ omnibus animabus ſanctis. Mater mea inquit ⁊ vos ſerui mei: aduenit tempus quo mundum iudicem: vt electi mei premientur in celo: ⁊ reprobi crucientur in inferno. Et vos angeli preparate ad hoc negocium peragenduz. Ad vocez eius letabuntur omnes. Et ratione iuſtitie. Juxta illud. ps. Letabitur iuſtus: cũ viderit vindictam. Et ratiõe premij: quia premium expectabunt. Et ſicut rex tẽporal' in regno ſuo. 3. ſolet obſeruare: quando vadit dare aliqua ſententiam diffinitiuam: Ita rex ſpiritualis xps ieſus: hec obſerbit. Primo premittuntur tibicines cum tubis. qui habent citare partes. Secundo p̃mittuntur ſerui ⁊ domicelli. Tertio aſſociatur ipſe cum ſuis ſenatoribus. ⁊ cõmenſatoribus. Ita xps faciet. Primo premittet tibicines. Qui erunt quatuor angeli. dicentes alta voce ad quatuor partes mũdi. Surgite mortui: venite ad iudicium. Sic ad occidentem: ⁊ alias partes mundi Et ſubito omnes anime que ſunt in paradiſo. ⁊ inferno ⁊ alijs locis diſperſi: veſtiẽt corpora ſua: ⁊ miniſterio angelorum colligẽtur pulueres. ⁊ coniungentur animab⁹ ſuis ⁊ ſic fiet generalis reſurrectio corporũ. De hac Tuba loquitur apoſtolus. p̃. Cor. 15. Canet enim tuba. ⁊ mortui reſurgent. Utrum autem illa tuba erit materialis: aut non. Duplex eſt opinio. Una Ric. 4°. di. 43. Uox huius tube non eſt cauſa efficiens reformationis corporum. qꝛ impoſſibile eſt. ꝙ tuba habeat hunc effectum: erit tamen inſtrumentuz diuine iuſtitie. ita ꝙ erũt materiales. Alia opinio eſt Tho. ſuper epiſtolas Pauli. Q᷑ vox illius tube eſt vox chriſti. Sed dicitur tuba inſtar tube veteris teſtamenti. que habebat conuocare homines ad mouendum caſtra: ad concilium. ⁊ huiuſmodi. Jta vox xpi ad cõducendum homines de ſepulchris ad iudicium. Que vox erit valde terribilis. Et nõ inmerito. Quia ſi xps mortalis fuit tam efficax ad reſuſcitandum lazarum: quando dixit lazare veni foras: quanto plus immortalis: Figuratiue de hac voce habet Gñ. 3. Si adam timuit vocem dei. Adaz vbi es ⁊ abſcondit ſe: ⁊ tamen illa vox erat miſericordie vt parceret illi: ſi veniã poſtulaſſet quantomagis timebunt reprobi: qui in inferno erunt damnandi vocem dei: que erit ſeuere iuſtitie: De hac voce Hieronymus. ſuper Mat. Quotiens diem iudicij conſidero: toto corpore contremiſco. Siue eniz comedam ſiue bibaz. ſiue aliquid aliud faciam: ſemper videt illa tuba terribilis inſonare auribus meis. Surgite mortui venite ad iudicium. Secundum quod facit rex eſt quia premittit domicellos: cum inſignijs regis. Sic xps premittet omnia inſtrumenta paſſionis que intra ſe erunt reformata. Cum cruce. corona. lancea. ⁊ alijs. Et hoc ad confuſionem peccatorum. De hoc loquitur Mat. 24. Signum filij hominis apparebit i celo. De quo eccleſia. Hoc ſignũ crucis erit in celo: cum dominus ad iudicãdũ venerit. Quale hoc ſignuz o Pat: El marzocho: La biſſa. La ſega. La lupa. La g la biãcha e negra. Non. Sed arma chriſti. Contra dominos temporales qui nunc nõ crucem ſed inſigna ſua ſua in capellis ⁊ eccleſijs ponũt. Unus pro arma ſua. vn papagallo. Alius la moraza ⁊c̃. Sed querit anima cara dubiũ: Quis feret hoc verillum crucis: Quidaz predicant ꝙ Jo. baptiſta. Alij ꝙ Petrus. Alij ꝙ Paulus. Alij autez magnis vocibus. Franciſcum extollunt: quem ſic etiam depingunt. Clama. Pacia pacia. pacia. Q᷑ Theologi volunt ꝙ erit miniſterio angelorum. Tertium quod facit rex eſt: quia de palatio ſuo deſcendit cum militibus. Sic xps quoq;: cuz matre ſua. angelis. ⁊ tota curia celeſti. veniẽt ſuper montẽ oliueti: iuxta illud Jſa. 3. Dominus veniet cum ſenatoribus terre. Et ſic

ſancti reſumptis corporibus obuiam fient
xpo in aera. Et ſic erūt a dextris boni: ma-
li autem a ſiniſtris. Sed dubium queritur.
Utrum mali reſurgent in hoc iudicio? Qui-
buſdam videtur ꝙ non: per verbum Dd.
Non reſurgent impij in iudicio: neqꝫ pecca-
tores in conſilio iuſtorum. Ad quos reſpō-
dent Theologi. Qd in iſto iudicio: erunt
tres differentie perſonarum. Quidam iu-
dicabunt ſed non iudicabuntur: vt apoſto-
li. De quibus. Mat. 17. Sedebitis ꝛ vos iu-
dicantes. 12. tribus iſrael. Quidam iudica-
buntur ad gloriā ſuſcipiendam. Et iſti erūt
boni. Quidam iudicabuntur ad damnati-
onem eternam. ꝛ iſti erunt mali. Surgent er-
go tam boni ꝗ̄ mali. Sed dubium queri-
tur. Surgent ne pueri: qui cum peccato ori-
ginali deceſſerunt? Reſpondeo ꝙ ſic. Sed
ad quid? Reſpondeo ſm Alber. ad facien-
dum duo. Primum ad reaſſumptōez ſuo-
rum corporum: qꝛ vt dictum eſt ſupra pma
parte. Natura anime eſt vt velit coniungi
corpori: quia eſt forma ſua. Secundū ad
accuſandū parentes: quorum defectū mor-
tui ſunt ſine baptiſmo. Clama contra ma-
tres. O ſi ponerentur aures ad latibula
audirent voces puerorum occiſorum cla-
mantium: vendeta vēdeta o dio: cōtra ma-
tres noſtras crudeles. Ad propoſitum re-
deamus. Mali ergo erunt a ſiniſtris ꝛ bo-
ni a dextris. Et quia vt habet Tho. 22.
q. 57. ar. 6. Et. ff. de officio preſidis. l. Illici-
tas. Iudex non debet iudicare niſi ſm al-
legata. Ideo ꝯtra reprobos. 6. teſtes erūt.
Prim⁹ erit natura angelica. Job. 20.
Reuelabunt celi iniquitatem eius. Ideo
dicitur Luc. 21. Qd virtutes celorum mo-
uebuntur. i. poteſtates angelice: vt pecca-
tores accuſent. ꝛ contra eos teſtimonium
ferant. Prattica ſuper omnes ſtatus pec-
catorum. Et contra mulieres dali manege
roſi. Secūdus erit Demon. De quo Au-
guſtinus. Dicturus eſt enim ille aduerſarius
noſter in iudicio. Equiſſime iudex: iudi-
ca hunc eſſe meum ob culpā: qui tuus no-
luit eſſe per gratiam. Tuus per naturam:
meus per miſeriam. Tuus ob paſſionem:
meus ob ſuaſionem. Tibi inobediens: mi-
hi obediens. A te accepit immortalitatē
ſtolam: a me accepit pannoſam qua indu-
tus eſt tunicam. Tuā veſtem dimiſit: ꝛ cū
mea huc venit. Equiſſime iudex: iudica
hunc meum eſſe: ꝛ mecum eſſe damnandū.
Ille. Tertius erit conſciētia. Ro. 2. Te-
ſtimonium reddente illis conſcientia ipſo-
rum. Hiero. ad Ocea. Aderit dies illa i ꝗ
facta noſtra quaſi in quadā tabula: picta
monſtrabuntur. Quartus erit totus mū-
dus. Grego. in homelia. O ꝗ anguſte tūc
erunt vndiqꝫ vie reproborum: ſuperi⁹ erit
iudex iratus: inferius horrendum chaos: a
dextris peccata accuſantia: a ſiniſtris infi-
nita demonia ad ſupplicium trahentia: in-
tus conſcientia mordens: foris mondus ar-
dens. Miſer pctōr ſic deprehenſus quo fu-
giet? Quintus erunt corpora celeſtia.
Luc. 25. Erunt ſigna in ſole ꝛ luna ꝛ ſtel-
lis. Primo in ſole: non quo ad priuationē
luminis cum ſit naturalis: ſed ſiet eclypſis
vniuerſalis: per diuinam virtutem. Secū-
do in luna: ꝛ non dabit lumen ſuum: cum
illud habeat a ſole. Tertio in ſtellis, quia
cadent de celo: non quantum ad earū ſub-
ſtantiam: cum ſint incorruptibiles: ſed ſm
apparentiā: quia comas igneas emittēt.
Preterea vt habet Hieronymus: dicit ſe
vidiſſe in annalibus hebreorum de. 15. ſi-
gnis que habent precedere hoc iudicium.
Et ꝙ prima die maria omnia ſe erigēt. 15.
cubitus ſupra omnes mōtes. Secundū in
ſcđa die in profundo deſcendet. Tertium
ꝙ fient terremotus tam magni ꝙ omnia
alta edificia proſternentur. Que ſigna bre-
uitatis cauſa omitto. Quibus premiſſis
exibit ignis ab omnibus partibus mundi.
ꝛ aſcendet ſuper omnes montes ac purga-
bit oīa: iuxta illud. Ps. Ignis ante ipm pce-
det ꝛ inflamabit i circuitu inimicos eius.
Terra etiam plana ꝛ omnia elā purgabū-
tur. Sole ſtante in oriente. ꝛ luna in occi-
dente: vt fuerunt creata. Ceſſabit omnis
motus. Antichriſtus occidetur ab archan-
gelo Michaele: ꝛ ſiet mundus nouus: ſm
illud Apoc. 21. Uidi celum nouum ꝛ terrā
nouā. Et ſm Alber. Venient paruuli in ali-
quibus latibulis huius mundi non condē-
ſatis aquis: qui dominū deum laudabūt:
vt ipſe ponit ſuper Luc. Unde patet. 2.

Tertium

Ertium dicitur ꝛc. Judex chriſtus teſtibus auditis ad electos ſe vertet dicens eis.3.verba.

¶ Primum.dicitur vocationis.

¶ Secundum.dicitur benedictionis.

¶ Tertium.dicitur premiationis.

¶ Primum ꝛc. Uenite o mater mea q̄ me genuiſtis.portaſtis.lactaſtis. Et vos omnes ſancti qui in hoc ſeculo certamē habuiſtis. Uenite:quia tempus gaudij eſt. O verba conſolatoria. ¶ Secundum dicitur benedictionis. Jn verbo benedicti. A patre. A filio. A ſpiritu ſancto. ¶ Tertium premiationis. Jn verbo poſſidete. Regnum in quo nulla triſtitia:ſed ſumma iocunditas. Jn quo nulla malitia:ſed ſūma alacritas. Jn quo nulla penuria:ſed ſumma vbertas omniū bonoꝝ deſiderabiliū. Et ſubdet cauſā tanti boni.di. Eſuriui enim ꝛc. Ubi enumerat ſolum opera mi̅ſericordie. Sed q̄ris o anima cara:quare ſimpliciter ſit mētio in hoc iudicio de operibus charitatis: Reſpondet Ambro.li.off.di. Omnis ſumma xp̄iane religionis ac diſcipline:in miſericordia ꝛ pietate conſiſtit. Contra tenaces ꝛ auaros. Deinde vertet ſe ad malos cum voce terribili:totus turbatus. Et tu frater N. inclina capitium tantiſper in oculis: ad terrorem di. O ingrati. Ego ꝓpter vos factus ſum homo. Jncarnatus. deriſus. mortuus:ꝛ vos in omnibus inobedientes mihi fuiſtis. Quapropter audite v̄ba mea. Clama cōtra vſurarios.ꝛ omnes vitioſos in hoc puncto. Jte maledicti in igneꝫ eternum qui paratus eſt diabolo ꝛ angel' eius. Tunc dicent mali. Da nobis tuam benedictionem. Quibus ille. Non:ſed maledictionem. Secundo. Da nobis aliquem locuꝫ refrigerij. Quibus ille. Jn ignem. Tertio. Da nobis breue terminum. Jlle. Eternuꝫ. Quarto. Da nobis aliquam bonaꝫ dulcē ſocietatem. Jlle. Qui paratus eſt diabolo ꝛ āgelis eius.quaſi volens dicere. Pro veſtro domino habebitis luciferum:pro ſocijs:alios minores diabolos. O vox terribilis. O vox que trapaſſabat corda. O vox fora de ogni ſperanza. Quibus dictis:mali in ignem eternum ibunt: Juſti in vitam eternam. Cantando Te deum laudamus. Et tu frater. N. pone corrigiam ad colluꝫ. uertendo ad crucifixum faciem: fac orationem dicens. Te precor o Jeſu pio. per illum amorem queꝫ tuliſti omni generi humano:pro quo reliquiſti paradiſum ꝛ veſtiſti te carne ac noſtra miſeria. Te p̄cor per labores ꝛ anguſtias quas.33.annis pro nobis portaſti. Te precor inquam per illum aſperrimū ꝛ ignominioſum ſupplicium paſſionis tue quam ſufriſti pro noſtra vltima liberatione:vt populum iſtum in dextera tua collocare digneris. Et tu o maria indifeſſa aduocata noſtra. implora ꝛ obtine nobis iſtam gratiam:vt dum ſumus in hac lachrymarum valle faciamus taleꝫ penitentiam noſtrorum peccatorum ꝙ de numero electorum eſſe poſſimus.

Feria.3.prime hebdomade quadrageſime De oratione.

CUm intraſſet ieſus in hieroſolymam:cōmota eſt ciuitas dicēs. Quis eſt hic Mat.21. populi autē dicebant.ſ.inferiores. Hic eſt ieſus propheta a nazareth galilee. Et ingreſſus eſt templum. Quia vt dicit Glo.exemplum nobis dabat vt ſimilia faciamus. Mat.6. Primum querit regnum dei. Et poſtq̄ iuit in templum eijciebat omnes vendetes ꝛ emētes:de templo. Scd̄m ſententiam Tho. in cathena. Sacerdotes ex auaritia ordinauerant:vt in portica Salomonis oues ꝛ boues ꝛ columbe venderentur.ne ſcꝫ aliquiſ ex defectu hoſtie animalis ſacrificia intermittere cogeretur. Uidens autem chriſt' talia:furore repletus facto flagello de funiculis omnes eiecit dicens. Scriptum ē enīꝫ. Domus mea domus orationis vocabitur.

Querit̄ difficultas a doctorib'. Qr̄ xp̄s auſus ē talia agē ſi timēs eos: R̄ndet Hiero. Qd̄ de facie xp̄i:q̄dam fulgor mirabilis

exibat qui omnes in terrorem cõuertebat:
⁊ ei contradicere non audebant. Et nunq̃
legimus ꝙ chriſtus tãtam vindictam exer
cuerit: ſicut nunc. Multa enim opprobria
ſepe audiuit: ⁊ nunquam vindictam expe-
tijt. Ut quando ei dictum fuit Jo. 8. De-
moniũ habes. tamen nunc turbatur: Und
hoc o bone Jeſu: Rñdet Albertus: quia a
lie iniurie erant ſue proprie: ideo eas nolu
it vindicare. Jſta autẽ erat iniuria patris
ideo eã ſeuere vindicauit: vt doceret nos i-
iurias proprias debere dimittere: iniurias
nō. vero dei vindicare ſeuere. Unde dicit eis.
Scriptũ eſt. Domus mea ⁊c. Eccleſia ẽ do
mus dei: q2 i ipſa habitat modo ſingulari.
Unde. 2. Para. 6. Elegi locum iſtum: vt ſit
nomen meum ibi in ſempiternuz. Sed cõ-
queritur. Uos autem feciſtis illam ſpelun-
cam latronũ. Acceſſerunt ad eũ ceci ⁊ clau
di: ⁊ ſanauit eos. Pueri hoc videntes: cla-
mabant. O ſanna filio dd. Ex hoc indigna
ti ſcribe v. Audis q̃ta iſti dicũt: Utiq;. Nũ
quam legiſtis Ex ore infan. ⁊c. Secdm Al
ber. fuit honoratus ab angelis. a magis. a
paſtoribus. a Simeõe. ab Anna: reſtabat
vt a pueris honoraret. Et relictis illis. abi
it foras extra ciui. ibiq; docebat ⁊c. Appli
ca. De oratiõe erit ſermo. De qua tria ſũt
videnda myſteria.

Primum dicitur. neceſſitatis.

Secundum dicitur. vtilitatis.

Tertium dicitur. poteſtatis.

D primũ Dubiam queritur. Utrũ
a ſit nccm orare: Circa hoc fuit du-
plex opinio. Una antiquoꝝ phõrũ
Epicureorum. Stoicorum. Egyptioruz ꝙ
non. Qd probant duplicime°. Primo ſic.
Neceſſitas orationis eſt ad hoc: vt intime
mus ei a quo petimus illud quo idigem⁹
Sed Mat. 6. dicitur. Scit enim pater ve-
ſter celeſtis: q2 ijs omnibus indigetis. ergo
non eſt conueniens deuz orare. Jgitur ⁊c.

Secundo ſic. Per orationẽ flectitur ani
mus eius qui oratur vt faciat quod ab eo
petitur. Sed animus dei eſt immutabilis
⁊ inflexibilis: iuxta illud Mal. 3. Ego deus
⁊ non mutor. Ergo non eſt conueniens ora
re deum. Alia opinio: dicit ꝙ ſic. Quia
hodie in euangelio chriſtus dicit. Domus
mea domus orationis v. Ad hanc difficul
tatem reſpondetur ſecunduz Th. 22. q. 83.
a. 2. Alex. 4. ſum. Ric. 4. diſt. 15. ꝙ orõ inter
cetera bona: homini eſt maxime neceſſaria
ad ſalutem. Que concluſio egregie proba-
tur. 3. medio. Primo ratione. 2°. Auctorita
te. 3. Exemplis. Ad rationem. Con⁹ eſt phi
loſophi. 2. phi. ꝙ nihil poteſt tendere in fi-
nem: niſi per ea que ſunt ad finem. Exẽplũ
de infirmo qui non põt ſanari: niſi per me
dia. ſ. per dietam ⁊ medicinas. Et de culto
re vinee: qui non capit vinum: niſi prius vi
neam colat. Ad propoſitum. Finis nr̃ eſt de
us: vt hñt Theologi in. 1. ſen. Ad quem fi-
nem non poſſumus peruenire: niſi per me-
dia. Q2 vt dicit phs. 10. Ethi. Non peruenĩ
tur ad finem niſi mediãtibus medijs. Qui
finis eſt ſũme ncẽius: iuxta illd. 2. ph. Finis
mouet agentẽ. Qui finis nõ ſolũ cadit ſub
diuina prouidentia: ſed etiam debita neceſ
ſaria ordinat ad impſum finem. Sed que
ſunt illa: Oñditur Mat. 19. de illo legiſpe-
rito v. Quid faciendo vitam eternam poſ-
ſidebo: Cui chriſtus. Si vis ad vitam igre
di: ſerua mandata. Alia prattica. Non cre-
das o ciuis. ꝙ ſis ſcriptus in li° vite abſo-
lute ⁊ ſimpliciter. Petr⁹ ſaluabitur. Mar-
tinus. Nicolaus. ſed cum cõditione: medi-
antibus medijs ieiuniorum. elemoſinarũ.
lachrimarum ⁊ huiuſmõi. Q2 vt dicit Ni-
colaus de lyra ſuper. 3°. Re. 9. ꝙ promiſſiões
diuine ſunt conditionales. Et Th. in. q. de
veritate. q. 23. a. 8. ꝙ ſi deus r̃uelaret alicui
ſuam ſalutem. debet intelligi ſub conditiõe
ſi bene agat. Et per oppoſituz: damnabitur
ſi male agat. Quod Aug. oſtendit i libro d
predeſtinatione ſanctoruz dicẽs. Fit autẽ
conditionaliter predeſtinatio dei. Prede-
ſtinati ſunt omnes boni ad gloriam: ea cõ
ditione ſi fidem tenuerint. ſi obedientiam.
ſi patientiam. ſi pacem: vſq; ſuam conditi-
onem. Ubi Auguſtinus concludit. ꝙ neceſ
ſaria ſunt media ad ſalutem. Int̃ que pre
cipuum eſt oratio: non vt diuina voluntas
mutetur cum ſit imutabilis: iuxta illud Bo
etij. Stabiliſq; manens dans cuncta moue
ri. Et Auguſtinus de natura boni. Solus
deus ẽ immutabilis. Et vndecimo Meta.
Deus eſt mouens omnia immobilis. Sed
vt obtineatur precibus noſtris quod ipſe
ab eterno diſpoſuit dare. Teſte Gregorio.

4. Dia.

4°. dialogorum. Et. 23. q. 4. c. Obtineri ne
quaq̃ poſſunt que predeſtinata non fue-
rint. ſed ea que ſancti viri orando efficiūt.
ita predeſtinata ſunt vt precibus obtinean
tur. Nam ipſa quoqꝫ perennis regni pre-
deſtinatio ita eſt ab omnipotēti deo diſpo
ſita: vt ad hoc electi ex labore perueniant.
quatenus poſtulando mereantur accipere
quod eis omnipotens deus ante ſecula di-
ſpoſuit donare. Prattica notabilis. Promi
ſit ab eterno deus dare Laurentio paradi
ſum. ſed mediāte martyrio. Sic apoſtolis.
ſic religioſis. ſic diuiti mediante elemoſina
pauperi mediante patientia. Qd' patet fi-
gura: de Cananea que a finibas terre Ty
ri ⁊ ſidonis egreſſa. ad ieſum acceſſit: poſtu
lans pro filia ſanitatem. Miſerere mei fili
Dauid. Cui chriſtus. 3. duritias ei oſtēdit.
Primam. quia verbum ei non reſpondit:
tanq̃ fatuam eam reputans. Secundam
duritiam: qꝛ ouē diaboli appellauit. Ter-
tiā. qꝛ catulā eam dixit. tamen conceſſit ei
quod petebat. O mulier inquit: magna ē
fides tua. Fiat tibi ſicut vis. Ad propoſi-
tum. Si ab eterno deus promiſit huic cana
nee ſalutē filie: quare ipſā fatuā dixit ⁊ tot
approbria? Ad quod dicunt Theologi.
Quod opus erat: quia ſic ordinatum erat
vt mediantibus medijs oratiōīs ⁊ lachry
marum. ſalutē filie impetraret. Contra ac
cidioſos qui nolunt facere bona. di. Quel
che dio a ordinato: conuen che ſia. Bene di
xiſti. Ordinauit enī qꝛ plangas. eas ad di
uina. predicationes audias. reſtituas ma-
le ablata. vltra ztum proximo nō facias. Cō
cludamus ergo ſic. Per debita media per-
uenitur ad finem. ſed inter omnia ſacrifici
um orationis eſt potiſſimum. ergo oratio ē
neceſſaria. Secundo probatur. Auctori
tate quadruplici. Primo diuiali. Vñ Dd'.
commendans orationem dicit. Subditus
eſto domino: ⁊ ora eum. Et Tob. 12. Bona
eſt oratio cum ieiunio. Et. i. Petri. p°. Om
nes vnanimes in oratione eſtote. Et Iac.
5. Orate pro inuicem vt ſaluemini. Et do-
ctor gentiū Paulus. Col. 4. Orationi inſta-
te: vigilantes in ea. Et chriſtus in euange-
lio. Luc. xi. Petite ⁊ accipietis: querite ⁊ i-
uenietis. Et deus per os Hiere. 33. Clama
ad me: ⁊ ego exaudiam te dicit dominus.
Quantum ſit deo carum qꝛ cum oremus:
apparet ex eo qꝛ nos tm̄ liberaliter ipſe in-
uitat ad petēdum. Pauci ſunt qui inuitāt
vt ab eis petatur. ſed multi ſunt qui fugi-
unt ne ab eis petatur. Refert Sen. qꝛ pau
per Cynicus ab rege Anthigono petijt ta-
lentum. Reſpondit ille. qꝛ plus eſſet q̃ ſibi
Cynico conueniret. Petijt denarium. Re-
ſpondit ille. minus eſſet q̃ regem deceret
dare. Et ſic turpem viam excuſandi inue-
nit. Cum potuiſſet dare denarium tanq̃ cy
nico: ⁊ talentum tanq̃ rex. Deus autē nō
ſe excuſat. ſed omnes ad petendū inuitat.
Immo vix inuenies ad quod tm̄ nos ſua-
deat: q̃ facit orationi. Ideo Aug. Nō tm̄
hortaretur vt peteremus: niſi dare vellet.
Erubeſcat humana pigritia. plus ille vult
miſereri: q̃ nos a miſeria liberari. Secū
do. Auctoritate Cano. De conſe. diſtin. i. c.
Qñ ſtamus. De conſe. di. 5. c. Non medio-
criter. c. Nunq̃. Et di. 36. c. Siquis. Et. 12.
q. i. c. Duo ſunt genera. dicitur. Sine inter
miſſione vigilet ſenſus: pariterqꝫ animus
ad dominum tendat. Tertio Auctorita
te Ciuili. C. de precibus imperatori offerē
dis. l. Nec damnoſa. Et. C. de diuerſis re-
ſcriptis. l. vniuerſa. Quarto Poetali. Iu
uenalis. li. 4. Orandum eſt vt ſit mens ſa-
na in corpore ſano. Fortem poſce animum
mortis terrore carentē. Et Ouidius p° de
arte. Flectitur iratus voce rogante deus.
Et Boetius li°. de con. Vt Platoni placu
it: in minimis quoqꝫ rebus: diuinum ē au-
xilium implorandum. Vt patet etiam per
Uale. li°. 2°. c. i. Et li°. 5°. c. x. O quomodo
ſtaret italia. lombardia: propter tot mala
que fiunt: niſi eſſent orationes ſeruorū dei.
Et tot conuentus huius ciuitatis?

Tertio probatur. Exemplo. Ex Cronica
ordinis de beato Dominico qui quatuor
habuit nouitios. Unus erat valde humi-
lis. Alius valde patiens. Tertius erat aui
dus audire ſermones. Alius libenter ora-
bat. Quadam vice deum orauit. vt diceret
ei: horum conditionem. Cui apparuit an-
gelus i perſona dei. d. O Dñice: primus

me cepit: Secundus me tenet. Terti⁹ me ligat. Quartus me volta: e mena vbi vult. Oratio ſancta: que deum facit far al ſuo modo. Reſpondeo ad argumenta. Ad primum. Dic ꝙ non eſt neceſſarium nos deo porrigere vt ei noſtras indigentias manifeſtemus: ſed vt nos conſideremus in his ad diuinum auxilium eſſe recurrendum. Sine quo nihil facere poſſumus. Ad ſecundum Dic ꝙ oratio noſtra non ordinatur ad mutationem diuine bonitatis: ſiue diſpoſitionis. Sed vt obtineatur noſtris precib⁹: qđ deus diſpoſuit: vt dictum eſt ſupra.

s Ecundūꝫ principale. ⁊c. ſunt quinque vtilitates orationis.

¶ Prima. ē maloꝝ culpe remotio.
¶ Scđa. eſt maloꝝ culpe liberatio.
¶ Tertia. eſt demonum oppreſſio.
¶ Quarta. eſt bonorum fortune acqſitio.
¶ Quinta. eſt bonorum glīe collatio.

¶ Prima dicitur ⁊c. Secundum Theologos. Culpa non poteſt tolli niſi per fidem. vt credas te male feciſſe: ⁊ per contritionem que eſt annexa fidei. Qui effectus ꝓcedunt ab oratione. Unde Sap. 8. Et vt ſciui quoniam non poſſunt eſſe cōtinens. abij̄ in domum ⁊ exoraui illum. Liberat a malis culpe. Quod patꝫ exemplis. Exo. 32. Congregatus eſt populus aduerſus aaron: dum eſſet Moyſes in monte ſynay. Fac nobis inquit deos alienos qui nos precedant. Accipiens autem aaron ornamenta mulierum ⁊ in fornace proijciens vitulus exiuit. ope diabolico, quem populus adorauit dicēs. Iſti ſunt dij tui iſrael. Iratus dominus: dixit Moyſi. Dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos. Cui Moyſes. Aſignor nō: far ne egypti dicant. Callide eduxit eos vt interficeret in deſerto. Qui deſcendens de monte. tabulas fregit lapideas ad radicem montis. ⁊ arripiens vitulum combuſſit. ⁊ cōtriuit in puluerem. ⁊ in aqua ſparſit. Et ex ea potū dedit filijs iſrael. Ubi dicit magiſter in hiſtoria ſcolaſtica. ꝙ color auri remanſit circa ora illorum qui erant culpabiles: ita ꝙ barbe eorum videbantur auree. ⁊ ſic ab alijs diſtinguebantur. ⁊ ita. 23. millia fuerunt percuſſi. Reuerſus eſt iterum Moyſes ad dominum in monte ⁊ orauit dicens. Obſecro: peccauit populus peccatum grande. dimitte eis hanc noxam. Cui remiſſa eſt tota culpa. Preterea in teſtamēto no. Magdalena. Publicanus. Petrus. veniam obtinuerunt fructu orationis. Ideo Euſebius de Tranſitu Hieronymi. Orationibus inſtate continuis: quia hominem a terra ſubleuat. gratias a deo obtinet. ⁊ facit cuꝫ deo loqui. Exemplūꝫ fratris noſtri qui mediolani raptus: cum virgine loquebatur. Et de fratre Conſtantio qui viſus eſt a terra eleuatus. O pater quomodo poſſibile eſt hoc: Cape ſimilitudinem de lambro. qui virtute caloris attrahit paleam ad ſe. Sic cor hominis virtute orationis a terra eleuatur. Tu laudas pater fratres tuos: ⁊ nō alienos. Reſpondeo: pratticam non habeo de alijs. ¶ Secūda vtilitas ⁊c. Secūdum Tho. in. 2°. Et Caño. 24. q. 2. c. Non turbat. Et. 16. q. 1. c. Reuertimini. Et. di. 19. c°. Anaſtaſius. Et per iuriſtas in Auten°. Ut non luxurientur contra naturam. col. 6. Et per ſcripturam. Leui. 26. Amos. 5. Anguſtie. fames. penurie. peſtilentie. a deo eueniunt. propter peccata ⁊ ſcelera: iuxta illud Grego. in collecta. Nulla nocebit aduerſitas. ſi nulla dominetur iniquitas. Et Dauid. Iniquos odio habui. Et vulgo dici ſolet. Preterea ꝑꝑ peccata veniūt aduerſa. Sed ab his malis oratio eruit. Baruch 4. Clamate ad dominum. ſ. per orationeꝫ: ⁊ eripiet vos. ſ. a malis. Quod claret exemplis. Primo Dauid. 2. Re. vlt°. Cui ex peccato ſuperbie: data eſt ei optio a domino. Quia peccaſti o Dauid: elige tibi de trib⁹ vnum. Aut septeꝫ annis veniet tibi fames in terra. Aut tribus menſibus aduerſarios fugies propter bellum. Aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Qui potius peſtem elegit. ⁊ mortui ſunt de populo 7. milia. Sed dubiuꝫ queritur. Quare hoc flagellum magis elegit: Reſpondet Dominicus Toloſa. Noluit famem quia tm̄ pauperes mortui eſſent. Scđm noluit. ſ. belluꝫ: quia potentes ſibi prouidiſſent. eo ꝙ fugiſſent in fortalitia ſua. ⁊ pauperes

mortui eſſent. Cōmuniter enim poſt bellū:
malum remanet ſuper pauperes. Tertiū
autem elegit. ſ. peſtem: quia ſperabat in mi
ſericordia dei. Sed curioſe inquirendum
eſt. quare Dauid percuſſus eſt peſte in po-
pulo ſuo. Ad quod reſpondet Dominicus:
vbi ſupra. Q̄d triplici ratione geſtum eſt.
Primo q: non correxit Amon filium ſuū.
qui ſtuprarat ſororem ſuam Thamar. Se
cundo: q: populus contra Dauid conſpi-
rauerat in adiutorium Abſalon. Tertio
ratione ſuperbie. quia populum numera-
uerat. Videns āt angelū populū cedētē cū
lachrymis exclamauit. Aſ ſigno: mio caro:
ego ſum qui peccaui. Unde ad eius oratio
nē ceſſauit peſtis. Preterea aliud exēplū
Rome tempore Grego. dum peſtis in po-
pulo craſſaretur. homo oſſitando mortuus
cadebat. Unde verſum eſt in prouerbium
Dio te aiuti. Grego. vero proceſſionem fie
ri precepit. et figuram marie quam ex trib[9]
Lucas pinxit. vna que eſt rome. alia que
eſt in Loreto. alia que eſt Bononie. Aer
autem corruptus dabat locum imagini.
Et audite ſunt voces angelorum cantan-
tium. Regina celi. Canta. Et Grego. ad-
iunxit. Ora pro nobis deū alleluia. Et ſic
vidit angelum ſuper caſtrum ſancti ange-
li tergentem gladium ſignificando peſtem
ceſſare prece eorum. ¶ Tertia vtilitas etc.
Nullum eſt efficatius remedium contra de
monem oratione. Math. 4. Hoc genus
demoniorum in nullo poteſt exire: niſi in
oratione et ieiunio. Unde Bernar. Grauis
equidem eſt nobis inimici tentatio. ſꝫ lon-
ge grauior eſt illi noſtra oratio. Quod pa-
tet exemplis. Tempore Iuliani imperato
ris: dum Iulianus contra perſas vellet
ire in prelium. miſit demonem in occiden-
tem per nigromantiam vt q̄cito referret
quid in partibus illis fieret. Cumq; demō
inueniſſet Publium monachū in via orā
tem. prohibitus eſt vi orationis monachi
ne illac ptranſiret. Iulianus autem ei pre
cepit vt veritatem diceret. quare non tran
ſiſſet: Reſpondit. quia maledictus ille mo
nachus orare non ceſſat. In quibus ꝓbis
dubium queritur. Quare diabolus cū ve

ritatem exoſam habeat. vnde hoc q̄ illā
confitetur: Reſpondeo ſm Glo. interlinea
rem ſuper verbo. Mat. 4. Quia ſciebant
ipſum eſſe chriſtum. Q̄d triplici ratione.
Primo ratione deceptionis: quia interdū
veritatem dicit vt eius falſitas facilius ac
ceptetur. Chriſo. Conceſſum eſt interdum
diabolo vera dicere. vt mendatium ſuum
rara veritate cōmendet. Secundo ratione
accuſationis: vt hominum peccata in eo-
rum confuſionem accuſet. vt patuit Mati
ne de quodam fratre cui demon exprobra
uit q̄ nocte precedenti dormierāt cum me-
retrice. Quāuis enim deus hominum pec-
cata agnoſcat. tamen vult vt demon illa
declaret. ad confuſionem peccantiū. Ter-
tio ratione coactionis vt patet de multis
ſanctis. qui demonem cogebant vera dice-
re: et de multis malis qui virtute nigromā-
tie cogunt eos: vt patet ſupra. Preterea Ex
emplum beati Dominici. Cum oraret ro-
me in ſancta Sabina: proiecit diabolus.
lapidem magnum in eum: qui adhuc ro-
me in eccleſia ſuſpēſus habetur. ¶ Quar
ta vtilitas etc. Patet exemptis. 2. Para.
33. ¶ De Manaſe filio Ezechie. qui cū pro
pter iniquitates ſuas eſſet captus ab exer
citu regis aſſyriorum et vinctus cathenis
ac compedibus et ductus in babyloniā in
ſe reuerſus et penitentiā agens orauit di.
Peccaui ſuper numerum arene maris. Et
domin[9] orationē eius exaudiuit. et reſtitu
it eum in regnum ſuum. Preterea de Am-
bro. Qui cum eſſet mediolani: orans con-
tra arrianos a quibus infeſtabatur: et cla
mans deus in adiutorium meum intende.
Auditus eſt vſq; rome: a pontifice. Et aer
cōmotus eſt in prelium fulgoribus et ſagit
tis contra inimicos. Preterea. Rodij con-
tra turcum auxilium habuerunt orationis
marie et Ioannis baptiſte. Et ſic vicerunt.
¶ Quinta vtilitas etc. Io. 15. Petite et ac-
cipietis vt gaudium veſtrum ple. ſit. Exem
plum pꝫ de Aug. Cum ciuitas ei[9] a barba
ris eēt obſeſſa: orauit dominum de trib[9].
Aut periculū obſidionis remoueret. Aut
veram ſibi patientiam daret. Aut ipſum de
hoc mundo ad paradiſum traduceret. Di

riteꝗ fratribus ſuis. tertium impetraſſe: cum per mortem ad eum tranſiret. Unde patet virtus orationis.

T Ertium principale dicitur ꝛc. Oratio eſt tante poteſtatis: ꝙ .4. potentias ſuperat. Primo potentiam corporum celeſtium. Influxus enim corporum celeſtium cauſat in iſtis inferioribus creationem: vt patet in herbis ꝛ plantis. In .i. Top. A virtute ſuperiorum reguntur inferiora. Idem. Inferiora a ſuperioribus reguntur. Sed oratio impedit hunc influxũ vt patet in montibus gelboe: quibus oratione Dauid nec ros nec pluuia deſcendit 2. Reg. i. Preterea. Impedit motum celi: vt patet Joſue. x. Dum ipſe pugnaret. contra gabaonitas: ꝛ ſol deſiceret orauit di. Sol contra gabaonitas ne mouearis. Unde ſtetit in locum ſuum: contra curſum ſue nature. Et illa dies fuit. 36. horis: vt dicit ꝗdam glo. Secundo ſuperat potentiam nature. Corpus enim hominis non poteſt eſſe ſine cibo longo tempore: quia calor naturalis conſumit humidum cibale ꝛ nutrimentale. Et vt dicit phs libro de cauſa longitudinis ꝛ breuitatis vite. Et Auic. in .i. de ſõno. Duo ſunt principia vite noſtre. Calor naturalis ꝛ humidum radicale: ꝓpter que comedere oportet. Phs libro de generatione ꝛ corrup. Omne viuens ꝗdiu viuit indiget cibo. Qḋ patet exemplo de moyſe. Exo. 32. qui ieiunauit. 40 diebus ſine cibo. Quod impoſſibile eſt via naturali. Et pater noſter Dominicus qui duas quadrageſimas ieiunauit in pane ꝛ aqua: predicãs virtute orationis: dum eſſet Toloſe ꝛ Carcaſone. Et Caterina ſenenſis. De qua Pius papa in epl̃a Canonizatiõis dicit. Innẽta eſt aliquando a die cinerum vſqꝫ ad penteceſten ieiunium produxiſſe: ſola oratione contenta. Tertio ſuperat potentiam anime noſtre. Anima ꝗdiu eſt cũ corpore non poteſt eſſe: niſi vbi ſit corpus. Sed virtute orationis. anima eleuatur in altum: abſqꝫ corpore ꝛ viuente. Ad quod corpus nõ poteſt eleuari: vt de Paulo. qui ad tertium celum raptus eſt: corpore in terra manente.

Quarto ſuperat potẽtiam diaboli. Uirtute orationis: demones cruciantur. Sunt carbones dei quibus diabolus incẽdim᷑. Unde quidam demon clamabat. Bartholomee apoſtole dei. incendunt me oratões tue. Sunt ſagitte dei quibus diabolum vulneramus. Sunt ſcutum dei: quo tentatiõibus diaboli reſiſtimus. Amb. Bonum ſcutum eſt oratio. qua omnia aduerſarij ſpicula repelluntur. De iſto ſcuto orationis dicitur Sap. 18. Proferens Aaron ſeruitutis ſue ſcutum orationem: reſtitit ire: ꝛ neceſſitati finem impoſuit. Sunt etiã angelis multum grate. Chriſoſtomus. Uis ſcire dignitatem orationis: Mox vt de ore tuo ꝓceſſerit. ſuſcipiunt eam angeli i manibus ſuis ꝛ offerunt ante deum. Unde apparet vir. orationis.

¶ Feria. 4. prime ebdomade. De adoratione: Uel de modis orandi.

A Cceſſerũt ad Jeſũ ſcribe ꝛ pharisei dicẽtes. Magiſter volum᷑ a te ſignum videre Mat. xij.

¶ Duplex generatio eſt in mundo: bona ꝛ mala. Bona credit ſine ſignis. mala cum ſignis: vt ſcribe. Que dicit. Uolumus ſignum videre. Gloſa. Propriũ erat iudeorum querere ſigna. Joan. 14. Niſi ſigna ꝛ prodigia videritis: non creditis. Sed que erant ſigna: Reſpondeo ꝙ tria. Primum de celo: vt ignis deſcenſus. ſicut fuit tẽpore Helie. i. R. xij. Aut deſcenſus manne: vt tempore moyſi. Exo. 16. Aut tonitrua: vt tempore ſamuelis. i. R. 18. Magiſter volumus a te ſignum videre: Reſpondit chriſtus. Generatio mala: quia ex perſecutoribus prophetarum deſcenderant. Et adultera: quia patres eorum idolatrare fecerunt. Signum querit ſcilicet poteſtatis ꝛ diuinitatis: ꝛ non humanitatis. Sed ſignum non dabitur ei ſcilicet diuinitatis quod querunt ſcilicet de celeſtibus: quia indigni propter eorum curioſitatem: ſed humanitatis. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus ꝛ tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terre. Quaſi dicat. ſignum

gnum querítis: iſtud vobis ſit ſignum magne credulitatis. Quia ſcilicet tribus dieb⁹ ⁊ noctibus ſepultus ero: poſtea reſurgam. Nota Albertum in verbo Signū Jone ꝓphete. Chriſtus in mundo tria ſigna oſtendit de ſua humanitate. Primū ſignū paupertatis. Luce. 2. Hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum ⁊ poſitum in preſepio. Secundū humilitatis. Luce. 2. Ecce poſitus eſt hic in ruinam ⁊ in ſignum. Tertium humanitatis: vt hic ſignū Jone prophete. Cōqueritur. Uiri niniuite receperunt prophetam: iſti nō recipiunt dominū prophetarum. Illi ſine ſigno: hi poſt multa ſigna. Regina ſabba de qua. 3. Re. x. ſurget in iudicio contra iſtos: quia venit a finibus terre audire ſapientiam Salomonis. Ecce pluſquam Salomon hic. Primo plus ſapiens. Paulus Ad Coloſen. 2. In quo ſunt omnes theſauri ſapientie. Secundo plus diues. Ro. x. Diues in omnes qui inuocant illū. Tertio plus pulcer. Sap. 7. Candor lucis eterne: ⁊ ſpeculum ſine macula. Adhuc loquenti ſibi ait qdā. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris ſtāt querentes te. Reſpondit. Que eſt mater mea: ⁊ qui ſunt fratres mei? Quicūq3 fecerit voluntatem patris mei: ipſe eſt frater ⁊ ſoror mea. Hoc quantū ad euangeliū. De adoratione. Uel modis orandi. Inuenio ſeptē modos vel ꝯditiones orandi.

¶ Primo debet fieri ſinceriter.
¶ Secundo debet fieri fideliter.
¶ Tertio debet fieri vtiliter.
¶ Quarto debet fieri ardenter.
¶ Quinto debet fieri humiliter.
¶ Sexto debet fieri perſeueranter.

P Rimo debet ⁊c. Multi orant: ſed nō exaudiuntur: q2 male petūt. Jacobi. 4. Petitis ⁊ non accipitis: eo ꝙ male petatis. Pro noticia maiori. Querit dubiū. Utꝝ deus exaudiat peccatores? Circa hoc due ſunt opiniōes. Una dicit ꝙ nō. alia ꝙ ſic. Prima ꝙ non ex verbis ſcripturaꝝ. Iſa. 1. Cū multiplicaueritis oōes nō exaudiā: Manus enim veſtre ſanguine plene ſunt. Et Iſa. 59. Peccata veſtra abſconderunt faciē eius a vobis: vt nō exaudiret. Jere. 3°. Nos inique egimus: ⁊ ad iracundiam te prouocauimus: ideo inexorabilis factus es. Et Prouer. 28. Qui declinat aurem ne audiat legem: oratio ei⁹ erit execrabilis. Et Jo. 9. Scimus: q2 peccatores deus non exaudit. Alia opinio dicit ꝙ ſic. Quia Luc. 18. de publicāo petōre. Amē dico vobis: q2 deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuā. Quia orauit. Deus ꝓpiti⁹ eſto mihi peccatori. Exaudiuit petꝝ. magdalenam. ⁊c. Ad hāc difficultatem. Rñdeo ſm doctores Tho. 22. q. 83. ar. 16. Alexandrum de ales in. 4°. vol. ſū. Ric. in. 4. di. 15. ar. 4°. Quod orantes habēt repiri in triplici differentia. Primo quidā orant q fuerūt ſine mortali in omni vita ſua. Qui pauci reperiunt. Oratio eoꝝ eſt potētiſſima: ⁊ tales exaudiunt facillime: q2 eſt cū puritate ꝯſcientie. Hec fuit oro moyſi. De quo Exodi. 15. qui meruit mare rubꝝ diuidere. ⁊ cum populo trāſire. Hec fuit oro Joſue: vt dicitur Joſue. x°. qui ſolē fecit ſtare cōtra Gabaonitas per plures horas. Hec fuit oro Dñici patris noſtri: q. 60. peregrinos in lacu ꝑuſiꝗ necatos: ſuſcitauit. Et ad fidē circa. c. M. ꝯuertit. Hec oratio Uincentij qui circa. 15. M. iudeoꝝ ad fidem ꝯuertit. Jō Jacobi 5. Multū enim valet oro iuſti aſſidua. Et ratio eſt. Q2 iuſti ſunt amici dei. Amici. n. facile impetrāt qcquid volunt. Exēplum in Stephano: de quo Act. 7. q poſitis genib⁹ dixit. Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatum. Ubi dicit Beda. ꝙ ſi Stephanus nō oraſſet: eccleſia Paulū nō haberet. Unde dicit Job. 5. Ad aliquē ſctōꝝ ꝯuertere. Et nō ſolum ſanctos exiſtētes in gloria: ſed etiā ad iuſtos exiſtētes in via. De orone ſancti: dicit Glo. in ꝟbo Juſti aſſidua. Plus valet vn⁹ ſanctus orando: ꝗ innumeri peccatores ꝑliando: q2 oratio ſancti celum penetrat. Unde patet prima differētia oratiū. Secunda oratio eſt illorum qui fuerunt peccatores: ſ3 tamen ſubito ſe humiliauere. Quia licet quandoq3 peccauerint: cum natura ſit fragilis ad peccādū. 1. Jo. 3. Si dixerim⁹ quia peccatum nō ⁊c. Jo. 3. In multis offendimus omnes. non tamen ſemper retinent ꝓpoſitum male voluntatis. Timent illam

humilientur: agant bona. Ut in ſuis neceſ
ſitatibus orant: tales exaudiuntur. Hec fu
it oratio Latronis. Magdalene. ⁊ aliorum
peccatorum. Exaudiuntur quidem vt dic.
Tho. vbi ſupra: nõ quod mereantur ut iuſticie.
Quia vt dicit Aug. peccator panem quem
comedit: nõ meret. Sed exaudiũtur ex diuina
miſericordia que ſaluos facit ſperantes in
ſe. cum ſit pius. Tertio aliqui orant: vt pec
catores ⁊ obſtinati: qui diutius in malis per
ſeuerant. qui de malo in peius tendũt. nec
proponunt abſtinere. Cõcubinarius audit
luxuriam eẽ peccatum: tamen non ſe eripit.
immo truffat. Sic vſurarius. ſic guloſus. Ui
quandoque ex ſuis peccatis a deo flagellan
tur: infirmitate. penuria ⁊c. Orant ad do
minũ: ſed nõ exaudiunt. Iſa. i. c. Cum mul
plicaueritis orationes nõ exaudiam: Ma
nus enim ⁊c. ſ. Si ponerent ſub torculari
li manege de roſato vroris: ſic indumenta
filiorum: exiret ſanguis pauperũ. Et Iere.
7. Tu quoque noli orare pro populo hoc: neque
aſſumas pro eis laudẽ ⁊ orationẽ: quia nõ ex
audiam te. Iere. 15. Si ſteterit moyſes ⁊ ſa
muel coram me. non eſt anima mea ad po
pulum iſtum. E perche: Quia ſunt peccata
que non permittunt. Si tamen exaudit de
us peccatoris orationem: hoc eſt ad malo
rem penam peccantis. Quẽadmodum me
dicus qui dum eſt in ſpe curationis infirmi
denegat ſibi noxia. Sed poſtquam eſt deſpera
tus concedit ſibi quecunque petit. Sic facit
de9. Exẽplo patet Nũeri. xi. de filijs iſrael
petentibus carnes in deſerto: deus eos ex
audiuit in damnũ ipſorum. De quibus pſ.
97. Manducauerũt ⁊ ſa. ſunt nimis: ⁊ deſi.
eorum attulit eis. Et infra dicitur. Adhuc
eſce eorum erãt in ore ipſorũ ⁊ ira dei aſcẽ
dit ſup eos. Uis o citadino. o dona. o mer
cadante: quod oratio tua exaudiatur? Ora
cum pura mente. depone ſcelera. ⁊ iniquita
tes. Unde Boetius. 3°. de Cõ. In deo preces
veſtras porrigite: que ſi recte ſunt. inefficaces
eſſe nõ poſſunt. Et Lact. in. 6. c. 25. Pu
ra inquit mente ⁊ eleuata: dono honeſtoque
propoſito inuocandus eſt deus. Exemplum
in vitis patrum legitur. Cum quidam frater
valde tentaretur: ⁊ quendam ſanctũ prẽm
rogaſſet vt pro ſe oraret. Reſpondit ille pa
ter. Impoſſibile eſt frater mi: quod ſaneris ⁊
ſaneris in oratione pro tentatione amouẽ
da: etiam ſi omnes ſancti pro te orauerint:
niſi peccatum expellas a te ⁊ ores pura mẽ
te. Quod ⁊ fecit: ⁊ tentationes fugauit.
Unde pꝫ prima cõditio oratiõis. Secũda
conditio ⁊c. Fides eſt fundamentum oium
virtutum. Jacobi. i. Si quis veſtrum indi
get ſapientia. Omnes indigemus: quia ſtulto
rum infinitus eſt numerus. Poſtulet i fide
nihil heſitans. Et ſubditur de heſitãte. Nõ
ergo extimet homo ille quod aliquid accipi
at a domino. Fides ergo ẽ neceſſaria. Un
de Ber. Indignus celeſti benedictione eſſe
conuincitur. qui deum dubio querit affectu.
Ad hanc fiduciam habendam. inducit ho
mo. triplici ratione: vt ponit Gloſa ſuper
Luc. xi.

¶ Primo ratione pietatis.

omni ſabbato in miſſa dicens. Salue ſan
cta parens. Quarto eccleſia eam ſalutat oī
die in completorio: loco ⁊ vice omniū pecca
torum: qui ſunt in mundo dicens. Salue re
gina miſericordie. Ideo aſſumpſi ꝟba. Sa
lutate mariā ⁊c. In q̄bus verbis. videbi
mus hāc ꝯcluſionē. ꝙ maria ē ſalutanda a
nobis. Ad quod iducimur. triplici rōe.

¶ Primo. ratione reſalutationis.
¶ Secundo. ratione inuentionis.
¶ Tertio. ratione cooperationis.
¶ Primo ⁊c. Naturale hoc reqrit: ꝙ vna
perſona ſalutata: reſalutet. Bona vita. Bo
na vita ei bon anno. Ad Ro.16. Salutate
inuicem in oſculo pacis. Alibi. Honore in
uicem preuenientes. Ad propoſitū. Si nos
mariā ſalutamus: ipſa reſalutat nos. Dio
vi ſalui fiij ⁊c. Sed ꝓ maiore noticia. No
ta ſm Tho. ſuper Aue maria. Quod in te
ſtamento veteri: angelica natura erat tan
te dignitatis. ꝙ a natura humana adora
batur. Et magnum erat priuilegium natu
re humane. ſi hoc agere poſſet. Uñ ad lau
dem Abrae ſcribitur Gñ.22. ꝙ angelos re
cepit hoſpicio. ⁊ exhibuit eis reuerentiā. et
ꝙ tres vidit ⁊ vnum adorauit. Unde na
tura humana in toto ſubijcebatur nature
angelice. Hec autē ſubiectio erat propter
hoc: quia natura angelica erat maior natu
ra humana: quoad tria.
¶ Primo. quoad dignitatē.
¶ Secundo. quoad familiaritatē.
¶ Tertio. quoad plenitudinē.
¶ Primo quoad ⁊c. Quia angelus eſt na
ture ſpiritualis: iuxta illud pſ. Qui facis an
gelos ⁊c. Et phs. xij. Meta. appellat ange
los: ſubſtantias ſepatas. Hō aūt eſt nature
corruptibilis. Uñ Dauid. Ego ſū ꝟmis ⁊c.
Et Abraā. d. Loqtur ad dnm: cū ſim pul
uis ⁊ in cinis. Indecēs ergo erat: vt ſpūal
creatura exhiberet reuerentiā corruptibili.
Scdo quoad familiaritatē. Angelus erat
deo familiaris: vtpote deo aſſiſtēs. Dañ.7.
Millia milliū aſſiſtebāt ei: ⁊ decies cētena
millia miſtrabāt ei. Hō āt erat q̄ſi extrane⁹
⁊ elōgat⁹ ab eo. ꝑ pcm̄. Uñ pſ. Elōgaui fu
giēs. 3°. quoad plenitudinē. Angeli. n. ꝑti
cipāt ipſū lumē diuinū i ſūma plenitudine. idō
ſꝑ cū lumie appent. Hoīes āt ⁊ſi aliqd ꝑti
cipāt de ipō lumie: pax tñ ⁊ i obſcuritate q̄
daz. Q̄r g̊ his trib⁹ nā angelica excedebat
nām hūanā. idō adorabat̄ ab ipſo hoīe. Sz
poſtq̄ꝫ i vltia etate gr̄e. inuēta ē vna mlr̄ q̄
ágl'os excedebat i hiſ trib⁹. Et q̊ad dignita
tē: q2 mr̄ dī. ex q̄ mr̄nitate ꝯtrahebat̄ affini
tas iſinita. q̄ melior fieri ñ potuit. vt hꝫ Th.
i. p. q. 25. a. 6. Et i. i. ſñ. dī. 44. a. 3. Et Bon. i
i. dī. 44. Et Dam̄. l. 3. Et q̊ad familiaritatē.

quia cum ipſa eſt tota trinitas. Luc. 2. Do
minus tecum. Et quoad plenitudinem. qꝛ
plena gratia. Aue inquit gratia plena. Jõ
miſſus eſt angelus qui ipſam honoraret.
Aue inquit gratia plena. q. d. exhibeo re
uerentiam tibi: quia ſine ve. Aue inquit.
Quod verbū plurimū placet marie. Un
de Henricus de baſſia in ſūma theologie.
d. Qꝺ tale gaudium habet quando dicit.
Aue: q̄le habuit: q̄n fuit ab āgelo ſalutata
Uñ Ber. Celū ridet. angelus gaudet. mū
dus exultat. infernus contremiſcit. demo
nes fugiunt: dum dico Aue maria. Jlle.
Exemplum vidue Heliſabeth: que retulit
ſuo confeſſori: ꝙ nocte quadam cum in ſuo
lecto quieſceret. venit maria ad ipſā: quā
aſſidue ſalutabat per verbum Aue. ⁊ di
xit ſibi. Dormiſne filia: Cui dixit. Non do
mina mi, ſed cupio informari cur ad me
peccatricē veniſti. Reſpondit virgo. Ueni
vt doceam te ⁊ omnes meos fideles. vt nō
deſiſtant a ſalutatione angelica: eo ꝙ gau
dium maximū mihi p̄ſtant. Et ſicut ineffabi
le gaudiū habui: q̄n angelꝰ mihi nuncia
uit filij mei incarnationem. ſic nunc cū ea
dem verba a peccatoribus replicant. Un
de quidam Uulgaris.

Chi el paradiſo vole: a maria volta li ochi.
Poy aley ſinzenochij cū humile core.

Unde patz prima ratio.

ſ Ecundo ratione ⁊c̄. Concl'o ē Ca
nonistarum. 14. q. 6. c. Siquid. Et
c. Multi. Quicquid inueniſti ⁊ nō
reddidiſti. rapuiſti. Et. ff. de furt. l. Falſus.
Et. ff. de iniurijs. l. Conditio. ff. de conditio
ne indebiti. l. Rerum. ff. rerum amotarum.
Ad propoſitum. Ex peccato ade mundus
gratiam perdidit. Ad Ro. 5. Per vnum ho
minem peccatum in hunc mundū intrauit.
Que gratia fuit queſita per omnes etates.
Jn prima etate per oblationem ſacrificio
rum in Abel. Jn ſc̄da etate. per immolatio
nem animalium in Noe. Jn tertia etate.
per decimas in Abraam. Jn quarta etate.
per circuncisionem tempore Moyſi. Sed
nullus illam inuenire poterat, maria ſola
excepta. Non Sarra. non Rebecca. nō Ju
dith ⁊c̄. Quid dicis o Gabriel. Lu. 20: Jn
ueniſti gratiam apud deū. Quam gratiā
inquit Ber: Dei ⁊ hominum pacem. mor
tis deſtructionem. vite reparationē. Jlle.
Et Nicolaus de lyra. Jnueniſti gratiā non
ſolum pro te. ſed pro humano genere. Hec
eſt enī que totius mundi reparationē ob
tinuit ſolutē hominū impetrauit. Jlle. Ad
propoſitum. Jnuenit quidem gratiam. Et
res inuenta debet reſtitui. Et ſic neccrio cō
clude: ꝙ maria cogitur peccatorem adiu
uare: cum de noſtro habeat: ⁊ gratiam pec
catori reſtituat. Aliter diremo o maria: ti
eſſer ladra. Unde Jgnatius in epiſtola de
maria. Jmpoſſibile eſt aliquem peccatorē
o virgo ſaluari: niſi per tuum auxilium ⁊ fa
uorem. Et Caſſianus. Tota ſalus humani
generis: conſiſtit in plenitudine gratie ma
rie. Et Anſelmus. Sicut impoſſibile eſt: ꝙ
illi a quibus virgo maria oculos ſue miſe
ricordie auertit: ſaluentur. Jta neceſſariū
eſt: ꝙ hi ad quos conuertit oculos pro eis
aduocans iuſtificentur. Jlle. Exemplū mu
lieris romane que filiam peperit. quam do
cuit Aue maria. omni die dicere. Dedita
autem ornatui: vna die demon apparuit
poſt choreas dicens. Ueni mecum inquit.
Quis es tu: Demon ait: qui te ad infernū
conducere volo. pro tuis demeritis. Cūꝗ
illam traheret vi. Clamare cepit. Aue ma
ria: replicans illa verba ſepiſſime. Reſpon
dit demon. Maledicta ſit illa mulier: que
te hanc orationem docuit. Si non dixiſſes:
iudicio dei te certe ad infernum duxiſſem.
O chriſtiane ipſam ſaluta. Figura. 3. R. 2.
De Berſabee: cui dixit filius eius poſtꝗ in
throno i dextera collocauit. Pete a me qd
vis. ⁊ dabo tibi. Neqꝫ enī phas eſt vt auer
tam faciem tuam. Moraliter. Jſte eſt fili
us dei. qui poſtꝗ matrem ſuam collocauit
ſecum in throno regio: ei concedit quicqd
vult. pro ſuis deuotis eam ſalutantibus.
O quomodo eſſet mundus: niſi eſſent ma
rie ſupplicationes: que filium cogunt. Un
de quidam vulgaris.

Pia ti moſtra a me: como ſey bella.
Che tanto piacer pillio de lodarti.
Et inanzi al to fiiol per me fauella.

Unde patet ſc̄da ratio.

t Ertio ratione ⁊c̄. Jnducimur eam
ſalutare, quia fidem ſuſtentauit.
Unde Albertus ſuper miſſus eſt. c. 187. q.
ꝙ priuilegiū paſſionis xp̄i fuit cōmunica
tum marie

ſum marie. in paſſione filij: que ſola fuit q̃
fidem crucifixi dei ⁊ hominis habuit. Et
ſic totus mundus obligatur deo chriſto: ꝑ
paſſionem: ita marie per fidei ſuſtentatio-
nem. Unde ſignanter dicitur Jo.19. Can-
ta. Stabat iuxta crucem ieſu mater eius.
Sed quid agebat? Quid o maria faciebas
ibi? Dic per charitatem. Dic mihi: quid?
Reſpondet Albertꝰ dicẽdo ꝙ tria. Primo
ſtabat doloribus plena. Secundo fide le-
uata. Tertio amore ſuccenſa. Primo dolo-
ribus. Quia omnes dolores partus quos
alie mulieres in partu ſuſtinent. ⁊ omnes
dolores mortis a quibus virgo fuit immu-
nis: fuerunt ei reſeruati: tempore paſſionis
filij ſui. Qui dolores fuerunt intenſi tripli-
ci ratione.

- Ratione ſui.
- Ratione filij.
- Ratione ſupplicij.

Primo ratione ſui. Quia erat mater. Et
hoc.5. modis. Primo mater. Secundo tota
mater. Tertio vnici filij mater. Quarto: q2
preſens mater. Quinto impotens mater.
Primo mater: ideo dolor cauſabat̃. Plus
enim mater dolet de filio: q2 plus labora-
uit. O quantum dilexit filium ſuum. De
quo Can.4. Nunciate dilecto meo: q2 amo-
re langueo. Secundo q2 erat tota mater.
Quando enim dolor diuiditur in multis:
minor inuenitur in ſingulis. Si enim ali-
qua mulier filium amittat. dolorem cũ ſuo
patre diuidit. Ideo talis dolor ex tali diui
ſione minuitur. Uirgo enim cum nullo ho-
mine aut patre dolorem ſuum condiuide-
re poterat: quia nullus pater ibi erat. Q2
totuꝫ corpus chriſti aſſumptuꝫ ẽ ex maria.
Et partem ibi non habebat pater carna-
lis: quia erat putatiuus. Unde inten-
ſius amabat. Tertio q2 erat vnici filij ma-
ter. Si aliqua mulier filium perdit. ſi alios
habet recipit conſolationem: quia alios ha
bet. Maria autem nullum alium habebat
nec habere ſperabat. Unde doluit. Quar-
to quia preſens erat mater. Quando ma-
ter ante oculos videt filium ſuum occidi:
dolet. Maria autem videbat filium ſuum
occidi ⁊ male tractari. ideo doluit ſup om-
nes mulieres. Quinto quia erat impotens
mater. ad eum iuuandum. Magna conſo-
latio eſt matri: quando filium ſuum poteſt
in morte amplexari ⁊ oſculari. Maria au-
tem in nullo poterat eum adiuuare. Audie
bat ipſum ſitire. potum non poterat porri-
gere. Uidebat eum in crucem flentem: non
poterat conſolari. Uidebat ipſum vulneri-
bus plenum: vulnera non poterat attigere.
Unde erat doloribus plena ſuper omnes.
Secundo dolor cauſabatur ratione filij. q2
erat bonus. Mater multum dolet quãdo
perdit filium bonum. ſapientem. ⁊ in omni
bus obedientem. Maria autem perdebat
filium ſanctum. bonum. Unde dolebat ſu-
per omnes: ratione illius bonitatis. Ter-
tio ratione ſupplicij. Uidebat enim pati pe
nam ignominioſam. Sap.2.c. Morte tur-
piſſima condemnemus eum. Deutero.18.
Maledictꝰ homo qui pẽdet in ligno. Pre
terea dicit Dñicus Toloſanus. ꝙ martyr
fuit: ⁊ eius matyriũ ſupat martyriũ alioꝝ
martyruꝫ triplici rõne. Prima q2 fuit mar
tyrium amoris: aliorum autem fidei. Se-
cunda q2 alij ſunt percuſſi in corpore: iſta
autem in corde. Tertia q2 alij poſt chriſtũ
iſta autem cum chriſto ⁊ in chriſto, ⁊ eodẽ
ictu quo chriſtus. Unde tota lachrymoſa
ſtabat ad crucem. Jo.19. Stabat iuxta cru
cem ieſu mater eius. Ubi eras o maria?
Ad crucẽ. Secundo fide leuata. Quia fi
dem ſuſtentabat a qua omnes apoſtoli fue
runt proſtrati. Scd̃m Albertum. apoſtoli a
tribus in paſſione ceciderunt: a quibꝰ ma-
ria ſtetit. Primo a fide: a qua maria nõ ce
cidit: q2 ſpũs.ſ. eam firmauit. Unde figura
tur per ſtellam maris que ceteris cadenti-
bus nunq̃ deficit. Secundo a gratia. Ipſa
non cecidit vt apoſtoli: ſed fixa permanſit.
Tertio a ſocietate xp̄i: q2 omnes fugerunt
Maria autem cruci ſemper fuit coniũcta.
Canta iterum. Stabat iuxta crucem ieſu
mater eius. Ex hoc dicit Leonardus de vti
no ſermone de annunciatione virginis. ꝙ
niſi tempore paſſionis xp̄i permanſiſſet fi-
des in maria: mundus tunc finiuiſſet. Ter-
tio ſtabat amore ſuccenſa. Quia ⁊ ipſa pa
ti volebat cum filio pro ſalute mundi. Un-
de Ber. Optabat ipſa ſanguinem ſuuꝫ ad-
dere. ⁊ cum filio ſacrificiuꝫ veſpertinũ cele
brare. Quod etiam patet per Ambro. O
amor virginis huius. Unde ipſaꝫ ſalutare

debemuſ. Salutate mariā ⁊c. Exemplum. Quidam magnus peccator fuit qui ex cō-ſuetudine volens ire ad peccandum. veniens ad altare ante imaginē virginis. ſtans eam ſalutauit angelica voce: Aue maria: Cum ſemel faceret. vidit imaginem virgis cum puero in ſinu in cruce vulneratum et cruentatum totum ſanguineꝙ in gremio matris effundentez ſicut ſuderat in cruce. Quo viſo: obſtupefact⁹ dixit. O mater miſericordie. quis hoc fecit? Et virgo reſpondit. Tu ⁊ ceteri peccatores q̄ amplius crucifigitis filium meum q̄ꝫ iudei. Et peccator ille ad virginem dicebat. O mater miſericordie intercede pro me. Et illa vos peccatores vocatis me matrez miſericordie: qui tamen non ceſſatis facere me matrem miſerie eſſe ⁊ triſtitie. Et ille. O mater non dicatis ſic: ſed mementote eſſe aduocatā peccatorūꝫ: ⁊ intercedere pro me. Et mater ad filiū. O piiſſime fili: mei amore miſere huic peccatori? Reſpondit. Cum ſim tu⁹ filius tibi negare non poſſum aliquid. Unde peccatori veniam dedit. Salutate mariam ⁊c.

¶ Dominica in ramis palmarum. De miſericordia diuina.

ECce rex tuus. venit tibi manſuetus: ſedens ſuper aſinam. Mat. 21. c. ¶ Se la barba piegaſſe al pecto: ⁊ cū oculo intellectus perſpicaciter conſideremus rationalem creaturam capacē rationis. dotataꝫ intellectu: quantuꝫ ſit intimus. precordialis. ⁊ ſuiſceratus amor illius ſoprani dei: erga infelicem ⁊ deſgratiatam naturam humanam: dubium non eſt: ꝙ miſerrim⁹ peccator: gittato ad pedes crucis. indulgentiā ⁊ veniam peteret ſuorum criminum. Unde Ber. ſuper Can. ſ. 22. Omnino ꝓpter manſuetudinem que de te predicatur o bone ieſu. currimus poſt te. audientes ꝙ nō ſpernas pauperem. peccatorem non horreas. Non horruiſti confitentem latronem. Non lachrymantem peccatricem. Non ſupplicātem cananeaꝫ. Non deprehenſam in adulterio. Nō ſedentem ī theloneo. Non ſupplicantem publicanum. Non negantem diſcipulum. Non perſecutorem diſcipulorum. Non ipſos crucifixores tuos. Ille. Et quātūche hec miſericordia fuerit per aliquod tempus. ſolum in celo. ps. Domine in celo miſericordia tua. Deinde ſuper iudeos. ps. Notus in iudea deus. Deinde in vtero virginis. ps. Suſcepimuſ deus miſericordiam tuam in medio tem. t. Tamen vltimate diffudit ſe in toto orbe. ps. Miſericordia domini plena eſt terra. Et Hieronymus ad Paulam. Secura eſto o mi blaſilla: confidimus probantes vera eſſe que dicimus: nū-q̄ eſt ſera conuerſio. Vox hec primum in latrone dedicata eſt. Amen dico ⁊c.

Et Petrarcha in. 6. Triumpho dixi:

Ma tarde non ſo may gratie diuine.
In quelle ſpero che in mē ancor faranno
Alte operation ⁊ pellegrine.

Et idō ſcā mr̄ eccleſia auida ⁊ ſitibūda ſalutis ſuorum filiorum propoſuit euangelium hodiernum: in quo inter cetera documenta in eo contenta: maxime facit mentionem de immenſitate miſericordie diuine. Ecce rex ⁊c. De qua volentes ⁊ nos hodie ſermonez facere: vt animemus miſerrimū peccatorez ſcire eaꝫ amplecti. de ea tria videbimus in preſentiarum.

¶ Primuꝫ. dī opinionis.

¶ Secunduꝫ. dī declarationis.

¶ Tertiuꝫ. dī confirmationis.

PRimum dicitur ⁊c. Utruꝫ in deo ſit miſericordia? Due ſunt opiniones. Una dicit ꝙ nō. Alia ꝙ ſic. Prima ꝙ non: probat tripliciter. Primuꝫ eſt tale. Secundū Damaſcenū. 2. ſniarum. Miſericordia eſt triſtitia de alienis malis. Exempli gratia de illo qui compatit̄ infirmo. Triſtitia eſt paſſio. Paſſio non eſt in deo. Igitur nec miſericordia. Secundum eſt tale. Ad officium veri miſericordis pertinet omnes ſaluare: non damnare. Sed ſi in deo eſt miſericordia: debet omnes ſaluare: ſꝫ nō facit. Mat. 22. Multi ſūt vocati ⁊c. Iſa. 1. Multiplicaſti gentem: ſed non magnificaſti letitiam. Ciecus Aſcu. li. 4. c. 3.

Son molti gli chiamati ⁊ pochi electi.
Ad conſeguir le virtu tante.

Et contemplās

Et contemplār gli diuini conſpetti.
Igitur in eo non eſt miſericordia. Ter/
tium eſt tale. Si eſt miſicors. debet omnes
ſaluare: ⁊ omne peccatum remittere. Sed
datur aliquot peccatum quod non remitti
tur. Mat. 12. Qui dixerit peccatum in ſpiri
tum. ſ. non dimittetur ei neqꝫ in hoc ſeculo
neqꝫ in futuro. Igit̃ nõ ẽ miſicordia in eo.
¶ Alia opinio ꝙ ſic. Miſerere mei dñe ⁊c̃.
Rñdeo ad hanc difficultatem ſm doctores
Tho. 1. par. q. 21. ar. 3. In. 4. diſ. 20. ar. 1. Jo/
annem Scotum in. 4. di. 26. Ricardum in
eadem diſ. Quod in deo eſt miſericordia:
Que concluſio ꝓbatur triplici medio. Pri
mo ratione. Secundo auctoritate. Tertio
figura. Primo rõne triplici.
¶ Prima ex naturali proprietate:
¶ Secunda ex generali poteſtate.
¶ Tertia ex experimentali neceſſitate.
¶ Prima ⁊c̃. Concluſio eſt Diony. 4. de di
ui. no. Et phi. 1. Ethi. Bonum eſt ſuiipſius
diffuſiuum ⁊ cõmunicatiuum. Exempli gra
tia. De ſole. illuminare cum ſit lucidus. De
igni calefacere. Et quanto ẽ maius bonũ:
tanto plus ſe cõmunicat. Ad propoſitum.
Deus eſt ſũma bonitas. Plato in Thimeo
Deus eſt ſummũ bonũ. ſupra omnem ſub/
ſtantiam. omnẽqꝫ naturam. Bonitas cuius
non eſt accidentalis: ſed eſſentialis. Quia
nõ poteſt abeſſe a deo ſummo. Mar. x. Ne
mo bonus niſi ſolus deus. Ad Ro. 3. Eſt au
tem deus verax. omnis autem homo men/
dax. 1. Re. 2. Non eſt ſanctus vt eſt dñs. Ec/
cleſia. Tu ſolus ſanctus. Nos autem boni
participatiue. Cum ergo ſit eſſentialiter ſũ
me bonus: Ideo ẽ ſũme bonus: ⁊ per cõſe/
quẽs cõmunicatiuus. Quia vbi ſupra. Bo
nuꝫ eſt ſuiipſius diffuſiuum. Hanc autem
cõmunicationem bonitatis oſtendit: nõ ſo/
lum quando mundum creauit ex nihilo. nõ
ſolum quando hominem ad ſui imaginem
fecit: verũetiam in preſentiarum in ſuppor
tatione peccatorum. Quia ſm rigorem iu/
ſtitie meretur peccator ſtatim puniri poſt
peccatum. Meretur peccator ꝙ ſtatim ter/
ra operiat ipſum ⁊ viuum deglutiat. Me/
retur ꝙ quando dormituꝫ pergit cadat do
mus: ⁊ occidat concubinam cum adultero.
Preterea peccator meretur deduci de eſſe
ad non eſſe. Hec eſt ſententia canoniſtarũ
15. q. 1. c. Si quis. Scdm quantitatem deli/
cti imponenda eſt penitentia. Et a iuriſtis.
C. de penis. l. Ne quis. Unuſquiſqꝫ pro cri
mine quo fuerit deprehenſus. modum con
grue ſeueritatis excipiat. Peccatum eſt in
finituꝫ ⁊ meretur penitentiam infinitam: ⁊
hec ẽ anihilatio. Tamen ſupportat piiſſi
mus deus vſqꝫ in fineꝫ. Iſaie. 30. Expectat
nos deus vt miſereatur noſtri. Non per de
cem annos aut. xx. ſed vſqꝫ ad mortem. dũ
modo conuertatur. Ubi dicunt doctores:
quod deus in punitione eſt tardus: ⁊ inui/
te punit: ⁊ coacte facit iuſtitiam. Iſaie. p°.
Heu conſolator de hoſtibꝰ meis. Glo. Mo
re pii patris: ſꝫ inimicos eos deus plangit.
Uelox autem eſt in miſericordia. Et ſic ille
qui facit aliquid inuite tarde operatur. Ut
patꝫ de filio quẽ mittis ad ſcolã: tarde va
dit: ſꝫ ſi mittis ipſum ad ſpaciandũ. ſaltat.
gaudet: ridet. Et coſi deus piiſſimus ẽ tar/
dus in puniendo. Ualerius. 2. li. Lento. n.
gradu diuina procedit ira: tarditatemqꝫ
ſupplicii grauitate compenſat. Ita in miſe/
rendo eſt auidus. De tarditate iuſtitie et
velocitate miſericordie: figuratur in vtro/
qꝫ teſtamento. Primo de iuſtitie tarditate.
Geñ. 3. Adam poſtqꝫ comedit de pomo: ap/
paruit ei dominus clamans. Adam vbi es:
Et audiuit inquit ſcriptura: vocem dei de/
ambulantis in paradiſo. Deambulabat a
paſſo apaſſo: quaſi inuite puniens. Quod
patet. Qr cũ peccauerit hora ſexta. diſtulit
punire vſqꝫ ad horã nonaꝫ. De velocitate
miſericordie. Luce. 15. De filio prodigo vbi
dicit euangeliſta. Et accurrens cecidit ſu/
per collum eius. In ſignum ꝙ in miſericor
dia eſt velox. Et ſicut igni proprium eſt ca/
lefacere. ſoli illuminare: ita deo miſeri: ⁊ ſi
non eſſet miſericors nõ eſſet deus. Grego.
Deus cui proprium eſt miſereri ſemper et
parcere. ¶ Secunda ratio dicitur ⁊c̃.
Quando enim quis eſt magnanimior: tan
to eſt prõptior ad indulgentiam. Ambro. i
exameron. Procul eſt a magnanimis: cupi
ditas vltionis. Quod patet exemplis. Pri
mo de aialibus. Inter aialia ⁊ ea q̃ ſũt no
bilia: ad indulgẽdũ ſunt magis ꝓna: ⁊ ecõ
uerſo. Uñ leo a canulo ꝓuocatus: nõ ſe vīdi

cat propter ſuam magnanimitatē: ⁊ catuli
vilitatem. Sed ſi catulus morderet catulū
ſtatim mutuis morſibus ſe lacerant: qꝛ ſūt
animalia vilia. Similiter videmus ꝙ homi
nes magnanimi ſunt ad indulgentiam fa-
ciles. Exemplū Julij Ceſaris qui nihil ſole
bat obliuiſci: preter iniurias. Et de regibuſ
iſrael: dicit̃. 3. Reg. 20. Reges domus iſrael
clementes ſunt. Ideo Sene libro de quat-
tuor virtutibꝰ. Si magnanimus fueris, nū
ꝙ̃ dices tibi iniuriā fieri. Jn. 4. ethi. Eſt ſer
uile poſſe ⁊ velle vindicare ⁊ obliuiſci ma
gnificum. Sed per oppoſitū. Quia mulier
eſt vilioris aī: ideo plus ſe vindicat. Jn. 8.
de animalibus. Mulier lites diligit. Eccle-
ſiaſtici. 25. Nō eſt ira ſuper iram mulieris.
Se vindicant in omnibus. Facecia de pre
ſbytero florentino qui cum cantaret letani
as: cum fuit ad illud. A fulgure ⁊ tempeſta
te ⁊c̃. ſtatim ſubintulit. A furore mulierum
libera nos dn̄e. Ad propoſitum. Deus igit̃
cum ſit omnipotens: ⁊ nos viles vermiculi.
iniurias noſtras paruipendit: ⁊ ſi eas reco
gnoſcimus ſtatim remittit. Et hoc totum ꝓ
pter ſuam magnanimitatem: ⁊ noſtrā vti-
litatē: ⁊ in hoc ſenſu loquitur eccleſia. Deꝰ
qui omnipotentiā tuam parcendo maxime
⁊ miſerando manifeſtas. Et Sap. xi. Miſe
reris oīum dn̄e. qm̄ omnia potes. Glo. q. d.
Quia tu habes potentiā vniuerſalē: ideo
habes miſericordiā generalem diſſimulās
peccata hoīum. O quot peccata. O quot
blaſfemie. O quot luxurie. O quot vſure.
O quot odia: ⁊ tamen effectus eſt cecus ⁊
ſurdus propter nos: diſſimulās peccata no
ſtra. Quid dicis o Bernarde ſup Can. ſer-
mone. 89: Quam benigna eſt ⁊ ſuauis tua
miſericordia. Ego peccabam ⁊ tu diſſimu-
labas: non continebā me a ſceleribus: ⁊ tu
abſtinebas a verberibus. ¶ Tertia rō dici
tur ⁊c̃. Medicus ſcire poteſt moleſtiā mor-
bi. Primo per ſuā theoricā: vt legendo au-
ctores Galienum: Hypocratē: Auicenam:
Meſue: Serapiō: Simonē Januenſē. Et
tunc aliqualiter eſt miſericors infirmo. Se
cundo per pratticam exercitatiuā longam:
tunc plus eſt miſericors: quia audit clamo-
res eorum. Tertio per experientiam: quan-
do in ꝓpria pſona infirmitates plurimas
eſt expertus. Unde bonum eſt eis infirmari

ne ſint proni dando panem ⁊ aquā coctā:
⁊ tunc maxime eſt miſericors. Ad ꝓpoſitū.
Quis eſt iſte medicus: Vere ille de quo
Auguſ. Magnus de celo venit medicus.
Ante incarnationem noſtras ſciebat infir-
mitates: ⁊ ſpirituales: ⁊ corporales per ſuā
eternam ſapientiam: quaſi per quandam
theoricam: ideo tanꝙ̃ pater erat benignus
ſed non multū. immo potius rigidus crude
lis: tenax. Quia poſt peccatū ſtatim dabat
penitentiam David in pſ. Deus vltionum
dominus. Damnauit luciferum. Adam ⁊
Euam expulit de paradiſo. Nabucodono-
ſor cum ſuo exercitu occidit. 85. millia. pau
perem die ſabbati ligna colligentē iuſſit la
pidari. in populo David peſtem immiſit per
tres dies. Sed poſt incarnationem: iſte me-
dicus ſciuit per quandam pratticam: ⁊ ex-
ercitationem longā: quia. 33. annis pertran
ſiuit benefaciēdo: ⁊ ſanando infirmos. Un
de fuit magis pius ⁊ miſericors. Ex hoc ꝓ-
dicabat: miracula faciebat. Sꝫ tertio intel-
lexit melius noſtras miſerias. quando cru-
cem aſcendit qui ibi expertus eſt. Uñ apo-
ſtolus ad Hebre. 4°. Non enim habemus
pontificem qui nō poſſit compati infirmita
tibus noſtris. Quare habitas in cruce. o
ieſu cum corona in capite: cum clauibus ad
pedes. ⁊ manus: Certe vt miſericordiā tuā
nobis oſtēdas. E per riſpeto: qꝛ matres na-
turaliter ſunt plus dulciores erga filios ꝙ̃
patres. vt ꝓbat phs. 8. de animalibus. Jō
amorē ſuū magis voluit aſſimilari amori
materno: ꝙ̃ paterno. Jſaie. 45. Sicut mu-
lier nō poteſt obliuiſci infantem ſuū vt nō
miſereat̃ filio vteri ſui: ſic ⁊ ego tui non obli
uiſcar. Ecce in manibus meis deſcripſi te.
Jlle. Ad formandū inſtrumentū o notarie.
tria ſunt neceſſaria. Calamus. attramentū.
charta. Calamus fuerunt claui quibus il-
gno fuit ſuſpenſus. Attramentū fuit verus
ſanguis a quinqꝫ partibus corporis. Char
ta fuerunt eius manus. Et qd ſcripſiſti o ie
ſu: Ezech. 18. Jn quacunqꝫ die ingemuerit
peccator omniū iniquitatum eius nō recor
dabor. Prattica de omnibus peccatis. ho-
micidij. luxurie. odij. Nō recordabor. Gran
de peccatū fuit David. Magdalene. Pe-
tri. Latronis. Tamen omnia remiſit beni-
gne. Unde Dantes libro. 2. c. 3. purgatorij.

Non e pcō

Non e peccato de ſi tanto graue che del intrar a te ſignor idio.
Cũq; ſe pene non trouo li chiaue,
Che ſe ſi manſueto e tanto pio.
Che tua bonta al peccator ſoccore,
Pur che ſe cognoſcere ſe volia.

Rñdeo ad argumenta. Ad primũ rñdet Tho.i.par.q.vbi ſupra. Quod de miſericordia diuina: ē loqui dupliciter. Aut quo ad effectum. Aut quo ad paſſionis affectũ Si primo modo ſic eſt miſericordia in deo Si ſecundo modo non eſt miſericordia in deo cum ſit quedam triſtitia. Exemplum ſũme. Vides hominem nudum morientē; frigore: doles in mēte. Iſte dolor dicitur affectus miſericordie: qui eſt quedam triſtitia de alienis malis: que deo non conuenit. Cum autem ipſum induis. opera per que releuatur a miſeria dicitur effectus miſericordie. Iſte effectus qui eſt repellere miſeriā; ab homine: dicitur effectus miſericordie qui eſt in deo. Vult enim repellere a nobis miſeriam peccati. Unde patet reſponſio ad primum argumentum. Ad ſecundum q; plures damnantur. Reſpondet Tho.in.i.diſ.46.ar.i. Scotus in.4.di.46. Quod deus quantum eſt in ſe vult omnes ſaluos fieri: vt apoſtolꝰ dicit.i.ad Thi.2. Si tamen non ſaluantur: hoc non eſt ex parte dei: ſed hominis. Probo exemplis. Primo de medico: qui vult infirmum ſanare: ſed non ſanatur: ſi male ſe guberna t. Secundo de cibo qui habet prebere nutrimentum: ſed non in illo qui non comederit Tertio de luce que cameram non intrat: q; tenetur clauſa. In.2.de animā. Actus actiuorum ſunt in paciente bene diſpoſito.

Ad tertium reſpondet Tho.22.q.14. ar.3. Peccatum in ſpũm ſanctum dicitur irremiſſibile.i. difficulter: non ex parte dei. Glo. Omnipotenti medico nullus lãgor incurabilis occurrit. Sed ex parte peccantis quia hoc peccatū quod ē ex malitia. humilitatē deprecandi ſubire non poteſt. Secundo ꝓbatur auctoritate. Et hoc quidem quadruplici.

Primo diuinali
Secundo canonicali.
Tertio ciuili.
Quarto poetali.

Primo diuinali. Deute.4. Dixit. Moyſes ad populum. Reuerteris ad dominum ꝛ audies vocem eius: quia miſericors eſt dominus deus tuus. Exo.22. Si clamauerit ad me exaudiam: quia miſericors ſum. Joelis.2. Conuertimini ad dominum deum veſtrum: quia benignus ꝛ miſericors ē Eccleſiaſtici.2. Pius ꝛ miſericors eſt. ꝛ remittit peccata in die tribulationis. In.ps.32. Miſericordia domini plena ē terra. In ps.84. Oſtende nobis domine miſericordiam ꝛc. In.ps.130. Apud dominum miſericordia. In nouo teſtamēto. Mat.6. Eſtote miſericordes ſicut pater veſter miſericors eſt. Mat.12. Miſericordiam volo ꝛ non ſacriſicium. Et Lu.i. Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eũ. Cãta. Mar.8. Miſereor ſuper turbam. Sup quo Albertus. Triplex eſt turba. Prima celeſtialis.ſ.in ſãctis in quibus eſt miſericordia. Tho.in.4.di.46. Sancti premiantur in patria ex dei miſericordia. Iuxta illud ad Titum.3. Non ex operibus iuſtitie que fecimus nos: ſed ſm miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Secũda eſt turba mũdialis. In.ps. Miſericordia domini plena eſt terra. oriens. occidens. meridies. Omnia ſunt plena miſericordia. Unde Tho.in.4. vbi ſupra. Tanta eſt miſericordia diuina: q minus dat de malis ꝗ̃ peccator mercatur. O terra. N. quot peccata ſũt in te: Tamen ſupportat te. Unde.ps. Non ſm peccata noſtra fecit nobis: neq; ſ; iniquitates ꝛc. Tertia eſt infernalis. In ipſo inferno ē miſericordia diuina. Quia dãnat: vt dicit Petrus de palude in.4.di.46. Bonauē. i eadem diſ. merentur anihilari.ſ. de eſſe reduci ad non eſſe. Cū; hoc non facit: ideo relucet in eis miſericordia diuina. Treñ.3°. Miſericordie domini: q; non ſumus conſũpti. Abacuch.3. Cum iratus fueris.ſ. ipſos condemnando: miſericordie recordaberis.ſ. aliquid de pena relaxando: q; dãnatus punitur citra condignũ. Preterea: ē in purgatorio. Eccl'iaſtic.51. Liberaſti me a preſſura flamme que circũdedit me. Preterea: ē in lymbo paruulorꝫ. Tho.4.di.46.ar.2. Pro peccato originali ſm rigorē iuſtitie: nõ ſolũ ꝓ pena debet̃ carentia diuine viſiõis: ſed ēt ipſius anihilatio. Preterea: fuit in lym-

ho ſanctorum patrum: qꝛ et illa fuerūt li-
berati. Secūdo canonicali. de pe. di. i. c. Qꝛ
diuinitatis natura clemēs ē ⁊ pia: magiſq̄
ad indulgentiā pna q̄ ad vindictam. Et
de pe. di. i. c. Mltiplex. Miſicordie domini
nec mēſuras ponere poſſumus nec tpe diffi-
nire. Ambro. 22. q. 4. c. Vnuſquiſq̄. Nouit
deus mutare ſniaꝫ: ſi tu noueris mutare de-
lictuꝫ. Et diſ. 39. c. Diaconi. Moderatio dei
ac pietas ſolū noſtrū reditū querit: ac nos
cupit ſua longanimitate ſaluari. Et. 26. q.
6. c. Si preſbyter. Latro vnius momēti pe-
nitentia: meruit eē in paradiſo in hora vlti-
me confeſſionis. Tertio ciuili. C. de nup-
tijs. l. Impialis. Nam ita credimus dei be-
niuolētiam ⁊ circa genus humanū nimiaꝫ
clementiā quantū noſtre nature poſſibile
ē imitari. Qui quotidianis hoīum peccata
ſemp ignoſcere dignatur. ⁊ pniam noſtram
ſuſcipere: ⁊ ad melioré eam ſtatū reducere.
Et. C. de veteri iure enucleando. l. Tanta.
Tanta ē circa nos diuine humanitatis p-
uidentia: vt ſemper eternis liberalitatibus
nos ſuſtentare dignetur. Ille. Inſti. de liberti-
nis. §. Libertinoꝝ. Noſtra pietas oīa auge-
re ⁊ in meliorem ſtatū reuocare deſiderat.
Quanto magis monarche illi ſummo deo
hoc erit pprium. a quo ē qcquid boni in ce-
lo: ⁊ in terra apparet. Quarto poetali.
Quintilianus in. 12. de inſtitutiōe oratoria.
Nunq̄. n. tps vllum: recte voluntati ſerum.
Sen. nele tragedie. Nunq̄ ſera ē ad bonos
mores via. Dantes li. 2. c. 3. purgatorij.
Horribil furon li peccati mei
Ma la bonta infinita ha ſi gran braccia
Che prende cioche ſi riuolge allei.

Tertio probatur figura. In Luc. 16. Le-
gitur de paſtore: qui cētū oues hūit. amiſſa
cēteſima. dimiſit. 99. ad q̄rēdū centeſimā.
Cui tria amoris ſigna oſtendit. Primum
qꝛ non miſit aliquē: ſed ipſe in propria pſo-
na iuit. Secundum qꝛ fecit longū iter. Ter-
tium qꝛ labores plures ſuſtinuit. Moralr.
Paſtor iſte eſt de quo. Jo. x. Ego ſum pa-
ſtor bonus. Scdm Albertuꝫ. Quinq̄ ſolet
portare paſtor. Primo capellum cōtra ſolē:
ventum: ⁊ aquam. Xps habuit capellū co-
ronam ɔtra pluuiam ⁊ calorem tribulatio-
nū: cuius conſideratio refrigerat nos. Gre-
go. Si paſſio xpi ⁊c. Secundo ſclauinaꝫ: ⁊
xps habuit carnem que fuit ſua ſclauina ⁊c.
Que fuit de triplici colore. Primo alba per
puritatem. Apoc. 19. Vidi ⁊ ecce equus al-
bus. Secundo rubea per ſanguineꝫ. Unde
angeli admirātes dixerūt ei illō Iſa. 44.
Quare rubrum ē indumentū tuū: O ieſu
da quanto in qua: effectus es gentil homo:
Tertio nigra per mortē. Iſa. 45. Cuius li-
uore ⁊c. Tertio habet baculū contra lupos
⁊ xps ɔtra demones crucem. Iſa. 30. A vo-
ce domini pauebit aſſur: virga. ſ. crucis: per-
cuſſus. Quarto habet ſcarſellam: vbi tenet
ſua precioſa. Et xps animam habuit: in q̄
fuit theſaurus grē ⁊ glorie noſtre. Jo. i. Vi-
dimus gloriā eius ⁊c. Quinto hꝫ canē con-
tra latrones ⁊ lupos. Et xps predicatores
q clamant ɔtra vitia ⁊ pcā. Ad propoſitū.
Iſte paſtor habuit centum oues. ſ. 99. i. an-
gelos ⁊ aīam que ē centeſima. Dimiſit an-
gelos: ⁊ voluit q̄rere ouē perditā. Cui tria
ſigna amoris oſtendit. Primuꝫ qꝛ venit in
ppria perſona: non miſit angelum. Secun-
dum venit de celo in terra faciens longum
iter. Tertio portauit labores plīmos. qꝛ cru-
cem aſcēdit. Ad phil. 2. Factus ē obediens
⁊c. Iſa. 45. Peccata noſtra ipſe portauit
i corpe ſuo. Et oīa ſigna iamorati oſdit: q̄
ſunt. 7. Primū de flore in Bireto. xps coro-
nā. Secūdum de indumentis: xps habuit
veſtem albā. Tertium aſſociatus cum ami-
cis: xps latrones. Quartum in maſcara tē-
pore carniſpriuij: xps non fuit cognitus a
maria. Quintū eſt deferre poma in mani-
bꝰ: xps clauos. 6. ſudariū in ſpatulis: xps
crucē. 7. facit maytinatas fieri. Quando
te rendero la pmeſſa ⁊c. xps in cruce Jo.
19. Canta. Sitio. O xpiane: ſitio ſalutē tuā:
vt dimittas concubinam. vſuras. odia. fur-
ta. O benignita grande. O māſuetudo. Di-
cit enim Alber. ſuper Lucā. Qꝺ triplex eſt
manſuetudo. Prima eſt natura. Unde di-
cit phs: q homo animal manſuetum voca-
tur. Secunda ē a grā que eſt quedaꝫ virtꝰ
infuſa. Tertia quedam eſt a longa experiē-
tia. Xps aūt dicitur māſuetus a natura di-
uina ⁊ humana. Primo a diuina: qꝛ deus
naturaliter eſt manſuetus. ps. Tu autem
domine ſuauis es ⁊c. Secūdo a natura hu-
mana qꝛ de manſueto patre. ſ. dō natus ē:
Unde de eo. ps. Memento domine dauid
⁊c. Secundo

rc. Secūdo fuit manſuetus a gratia: quia
ſpūs ſanctus totum eum fecit manſuetuȝ.
Tertio manſuetus a longa experientia: qꝛ
expertus eſt noſtras miſerias per lōga tē-
pora. Unde patet ſcōm.

Ertiuȝ dicitur rc. Confirmat eius
miſericordia triplici ſigno, in quibꝰ
relucet eius diuinitas.

¶ Primuȝ. dī ſupportatio.
¶ Secunduȝ. dī vocatio.
¶ Tertiuȝ. dī oblatio.

¶ Primum dī rc. Supportat deus pecca
tores q poſt peccata debent puñiri. An for-
te putamus: qꝛ ſibi peccata nō diſplicent?
Aut qꝛ iniuſtus: aut qꝛ ignorat illa? Abſit
vt dicamus de deo hoc. Cur aūt diſſimulat
niſi qꝛ languet amore? 2. Petri. 3. Deus pa
tiēter agit nolēs aliquos perire: ſed oēs ad
pniam reuerti. O clemētia diuina. ¶ Se-
cundū dī rc. Uocat nos ad ipm: vt noſtri
miſeat. Quid ſunt ſacre ſcripture? Quid
ſcōꝝ exēmpla? Quid pceptalegis? Oia eg
dē iſta ſt clamores ad aures pcōꝛum forti-
ter ſonantes? r vltimate auditur vox xpī in
cruce: ſitio. Bernar. Aſcendit in altum cru-
cis: vt ab oibus videretur: voce magna cla
mauit vt ab oibus audiretur: clamori la-
chrymas addidit: vt homo ei cōpateretur.
Ille. ¶ Tertium ſignuȝ rc. Pro ſalute pec
catorum obtulit deus filium ſuum: qui in-
carnatus mortuus eſt pro nobis. Apoc. i.
Dilexit nos r lauit nos a peccatis noſtris
in ſanguie ſuo. Offert de capite ſuo ſpinis
coronato, de facie pia alapis dure percuſ-
ſa, de manibus r pedibus clauis in cruce
confixis: de toto corpore ad columnam cru
deliter flagellato. r de latere ſuo lancea ap
to r vulnerato. Dicit enim in cruce. O ani
ma mia. te ſaluar vollo. Qui dd. acab. latro
nem. publicanum. petrum. centurionem.
longinum ſaluaui. O ampliſſima miſericor
dia dei. O largiſſima charitas ſummi crea
toris: que tanta eſt: vt ſi daretur homo via
tor ſecum ferens peccata omnia que diabo
li commiſerunt. r omnes homies qui in iu
dicio damnabuntur. immo quot ſunt in ce
lo ſtelle r in mari aque gutte. in nemore
frondes. r in pratis lilia: r de illis peniten-
tiam faceret: ac humilimente deum exora-
ret pro venia: ſemper audiretur benigne.
O peccator negligens. O peccator obdu-
ratiſſime diſrumpe vincula colligationis.
Agnoſce blandientem tibi dominum: q to
tiens quotiens reuerteris: paratus eſt tibi
indulgentiam diſargiri.

¶ Feria ſecunda hebdomade ſancte. De
inuidia.

Ciebat eni
Pilatus qꝫ propter in
uidiaȝ trididiſſent eū.
Math. 25. ¶ Tuta la
diligētia, ſtudio, e vigi
lātia: ql debe hauer el
bon predicatore r pa-
ter ſpiritualis erga filios ſuos ſpirituales:
iſta potiſſima eſt vt peccatorem conuertat
r extra vitia dducat: vt ſaluetur in eterna
vita. Iſa. 48. Annūcia poplo meo ſcelera
coꝝ. Idē. 60. c. Super montem excelſum a
ſcende tu qui euangelizas ſyon. Exalta in
fortitudine vocem tuam qui euangelizas
hieruſalem. Exalta noli timere. Et. i. Thi.
4. Argue. increpa, obſecra. in omni patien
tia r doctrina. Inter omnia peccata morta
lia: maxime eſt peīm inuidie: quod habet ani
mam dominio diaboli ſubmittere. Unde
Tho. in quolibȝ. 7. q. 7. Peccatum inuidie
eſt vitium diabolicum. r hominum damna
torum. Primo diabolicuȝ. Quia demon eſt
inuidus. Sapientie. i. Inuidia diaboli
mors intrauit in mundum. Tertio homi-
num damnatorum. Quia damnatus vel-
let omnes damnari. Hec eſt illa fera peſſi-
ma que totum mundum deſtruit. que prin
cipatum in omnibus ponit. que inter reli-
gioſos ac dominos temporales lites diſcor
diaſqȝ diſſeminat. Unde Dantes in. 14.
purgatorij. introducit quendam ſeipſuȝ ac
cuſantem de hac inuidia.

Fo el ſangue mio de inuidia ſi riarſo.
Che ſe veduto haueſſe homo. farſi lieto.
Uiſto me haureſti di liuore ſparſo.

Ex hac iudei r ſcribe moti: chriſtum morti
tradiderunt. Sciebat enim rc. De qua r
nos tria in preſentiarum videbimus ad p
poſitum noſtrum.

Inuidia eſt dolor aliene felicitatis. Exẽpli
gratia. De artifice: qui alteri inuidet. ⁊ hu/
iuſmodi. Pro maiori declaratione nota ſ꞉z
Tho. 22. q. 36. a. 2. Alex. in. 2. w. ſum. ꝙ do/
lor aut triſtitia de alienis bonis: poteſt con
tingere tribus modis. Primo ex timore
proprio. Inquantũ quis dolet de bono alte
rius: q꞉ ex eo timetur nocumentum ſibi vel
alijs iniuſte. Talis triſtitia que eſt effectus
timoris: non eſt pecc꞉m̃. Unde Greg. 22. mo/
ral. Euenire plerunꝗ ſolet. vt non amiſſa
charitate ⁊ inimici nos ruina letificet: ⁊ rur
ſus eius glorie ſine inuidia culpa cõtriſtet.
cum ⁊ ruente eo quoſdã bñ erigi credimꝰ:
⁊ illo proficiẽte pleroſꝗ iniuſte opprimi for
midamus. Ille. Unde. Exo. 16. Maria ſoror
Moyſi videns pharaonem ſubmerſum in
mari: cum filiabus iſrael cecinerunt dño. d.
Cantemus dño glorioſe enim ⁊c. quia popu
lum captiuũ tenebat. Et. 1. Mach. 2. Ma
tathias videns regem Anthiocũ velle trã
ferre ritum iudeoꝝ ad ritum gentilium: do
luit de eius proſperitate pp malũ ſibi ⁊ po
pulo imminens. Preterea. 1. Re. 18. gloria
batur Dauid de morte philiſtinoꝝ: qui ma
la faciebant populo iſrael. Et Judith. 9. po
pulus iſrael letatus eſt in mortem Holofer
nis. Unde verificatur illud quod dicitur in
ps. Letabitur iuſtus: cũ viderit vindictã.
Et quoad hoc: letandũ eſt in morte Tur/
chi. ⁊ dolendum eſt de eius proſperitate: q꞉
eſt contra eccleſiam. Et de peccatoribus do
lendum eſt. Unde Dd. Conuertantur pec/
catores ⁊c. Alibi. Deleantur d liꝰ viuentiũ
⁊c. Preterea: de illo qui tecum litigat: te i
famat a torto. Quando ergo vides peccato
rem aliquem diuitem qui in bonis proſpe/
ratur: dolere potes ſine peccato: quia immi
nere poteſt malũ ⁊ tibi ⁊ populo. Ut vſura
rius. concubinarius. incãtator. Secũdo
poteſt quis triſtari de bonis proximi. nõ in
quantũ proximus habet hoc vel illud bo/
num: ſed quia deſunt ſibi. Et hic propter di
citur zelus ſ꞉m philoſophũ. 2. eth. aut emu
latio. Et ſi emulatio iſta eſt circa bona hõe
ſta: talis ẽ laudabilis. Unde apoſtolus pri
me Cor. 14. Emulamini ſpiritualia. Et. 2.
Cor ij. Emulor enim vos dei emulatione.
Gloſa. i. Inuideo quibuſdam ex vobis: ſed
inuidia que eſt ſecundum deum. Conſide/
rabat enim apoſtolus in aliquibus eſſe ali
quas perfectiones ⁊ conditiões: que forte
non ita erant in apoſtolo: licet ſimpliciter
eſſet illis perfectior: vt dicit Nicolaus. ⁊ il
lis emulabatur: cupiens proficere. Iſto mo
do hec inuidia eſt bona: immo neceſſaria.
De qua Hiero. ad Athletam de inſtitutiõe
filie. Habeat ſocias cum q̃bus adiſcat: qui
bus inuideat: quarũ laudibus mordeatur.
Prattica in ꝟbo Socias. Quia ſicut bona
ſocietas eſt cã bonorum multorum. ita ma
la omnium malorum. Uñ. 28. q. 1. Sepe ma
lorum conſortia ẽt bonos corrumpunt. Ha
beat ſocias: cũ quibus non dicat ꝟba ocio
ſa. Quia vt dicit apl's. 1. Corin. 16. Corrum
punt bonos mores colloq̃a mala. Habeat
ſocias: cum q̃bus ſtet in domo ſua. non eat
ad choreas. Hiero. Non credam viro dicẽ
ti mihi ſe illeſũ euaſiſſe ab huiuſmodi ſpe
ctaculis. Tertio mõ: triſtatur de bonis a
lienis. Inq̃ꝫtum ipſe excedit ipſum in bõis
dolet. cruciatur. Hec propter dicitur inuidia.
Quia dolet inuidus de quibus gaudere d/
bet. ſ. de bono proximi. Amicus gaudet bo
nis amici ſui. In. 9. eth. Amicꝰ ſe debet ha
bere ad amicũ ſuum: ſicut ad ſeipſum. Q꞉
vt hñt Theologi. int̃ oia bõa exteriora: ma
ximum bonũ eſt amicitia. Q꞉ vt dicit phs
. 8. eth. Nullus eligeret viuere: ſine amicis.
etiam hñs reliqua bona. Idem. Hõ ſolita/
rius aut deus eſt aut beſtia. Inuidus autẽ
eſt inimicus huius amicitie. Q꞉ neminem
vult eſſe btũm diuitijs: niſi ipſe. Non vult
ſocietatẽ. Contra dr̃ Math. 22. Diliges p/
ximũ tuum: ſicut teipſum. O inuide nota q̃d
dicit. Sic teipſm. Queſto vole la charita de
dio. Iõ apoſtolus Ro. 13. Non in contentio
ne ⁊ emulatione. ſ. inuidie cõuerſamini. Et
. 1. Cor. 13. Charitas non emulatur. i. non in
uidet: ſed gaudet de bonis p꞉rimi. Ad Gal.
6. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi: inui
cẽ inuidentes. Tal' inuidia eſt pct̃m̃ morta
le. q꞉ eſt proximo inimica: cum ſit cõtra cha
ritatem. Tales cõmuniter ſunt periculoſi
in ſua conuerſatione: ⁊ proditores. Unde
Prouer. 23. Ne comedas cum homine inui
do: ⁊ ne deſideres cibos illius. Comede ⁊
bibe dicet tibi: ⁊ mens eius non eſt tecum.
O quot ſunt mortui morte violenta. O q̃t
toxicati. Sed dubium queritur. Utrum
homo

homo poſſit eſſe ſine inuidia? Reſpondeo
ꝙ non. Sed ſi vis eſſe ſine illa fa che ſia vn
poltrõe. vno homo da poco. Quia ſola mi
ſeria caret inuidia. Congratulor: quando
perſequor: quia eſt ſignum virtutis. Unde
patet ⁊c̃.

Ecundum dicitur ⁊c̃. Tres ſunt
s malignitates huius male beſtie in/
uidie.

¶ Prima. eſt deo contrariatiua.
¶ Secunda. eſt diabolo aſſimilatiua.
¶ Tertia. eſt nemini parcitiua.

¶ Prima eſt ⁊c̃. Uult Dio. 4°. de diuinis.
no. ꝙ bonum eſt ſuipſius diffuſiuum: vt pa
tet de ſole ⁊c̃. Ad propoſitum. Deus eſt ſũ/
ma bonitas. Plato in Timeo. Deus eſt ſũ/
mũ bonum: ſupra omnem ſubſtãtiam. om/
nemq̃ naturã. Et phs. xij. Meta. Deũ di/
cimus ſempiternũ ⁊ optimum. Hanc boni/
tatem oſtendit aſſidue in creatione totius
vniuerſi. Non eſt inuidus. Plato in Timeo.
Ab optimo deo omnis inuidia relegata ẽ:
ideſt excluſa. Et phs. p°. Meta. Deus enĩ
non inuidet. In. 2°. Meta. Diuinum ens
nõ inuidet. Ad ꝓpoſitum. Inuidus autẽ
non eſt ſic: q2 non eſt cõmunicatiuus. ſed ſi/
bijpſi vult omnia: ⁊ ꝙ alij non participent
ſecum. Unde eſt contra deum in hoc. Uult
deus illum eẽ diuitem. honoratũ. famoſũ.
ſapiẽtẽ. Inuidus ĩ oĩbus triſtaẽ. Ideo So
crates phs. Utinã inuidi in oĩbus ciuitati/
bus duos oculos. ⁊ duas aures haberent:
vt de oĩum felicitate torquerent. Tot ſunt
inuidoꝝ tormẽta: quot felicitatũ gaudia.
Ad hoc propoſitum: refert Aulus Gellius
phs. ꝙ Demoſthenes phs oculos ſibi eruit.
Et aſſignant tres cauſe. Prima: q2 viſus
ipſũ impediebat a ſtudio litterarũ. Scḋa
q2 mulieres ſine ↄcupiſcentia videre nõ po
terat. Uñ legit de iſto. Cum Paris duxiſſet
Helenã in vxorẽ: cũ eſſet inuitatus iſte. ve/
lamen ponebat ſuper oculos ſuos. ne ipã
videret. ⁊ in dedecus laberetur. Alla barba
nſa. Tertia cauſa. que eſt principalis: q2 cũ
eſſet inclinatus ad inuidiã hoĩes felices ſi
ne dolore videre non poterat. Ita inuidus
dũ videt ⁊c̃. Figurat inuidus per Heli: q
videre nõ poterat lumen lucerne. p̄. R. 3°.
¶ Secunda malignitas ⁊c̃. Hõ diabolo
aſſimulatur. Sap. 2. Inuidia diaboli mors
intrauit in mundũ. Duo ſunt peccata dẽmo
nis ſuperbia. ⁊ inuidia. Imitant eum inui
dioſi: q2 demon videns hoĩem creatum ad
poſſidendũ beatitudinẽ de qua electus ẽ.
inuidens huic bono. ex inuidia motus ẽ vt
illũ tentaret: vt ſic priuetur dono tali. Hoc
aũt facit quotidie inter hoĩes: dum tentat
aſſidue. inuidiã ſuggerendo. ⁊ conat diſſi/
pare charitatẽ fraternam. Ideo Jo. papa
16. q. 2. c. Uiſis. Dolet enĩ ſatis ⁊ erubeſcit
charitatem quã in celo neſciuit cõſeruare:
hoĩes conſtantes ex lutea materia tenere ĩ
terra. Unde dñt doctores. ꝙ tanta eſt dẽmo
nis inuidia. ꝙ q̃uis ex tẽtationibus q̄bus
nos infeſtat augeat ei pena inferni accidẽ
talis. tamen potius illã eligit nos tentãdo:
q̃ꝫ illa carere nõ tentando. Ita inuidus ẽ.
q̄ potius vult aliquo bono carere cũ alijs:
q̃ꝫ ipſum habere cõiter cum alijs. Unde in
vitis patrum legit. Demon interrogatus: ſi
poſſet ad gloriam redire: q̄d facere vellet:
Reſpõdit. Potius vellẽ cũ vna aĩa. ad iſer
num deſcendere: q̃ꝫ in celũ redire. Tam in/
uidus ſum: ꝙ non poſſum operari bonum.
In Cronica archiep̄i legitur. ꝙ in curia cu
iuſdam dñi: erant duo. Unus inuidus: ali⁹
auarus. Hic q̃o inuidus petijt ſibi oculũ
vnũ erui: vt ſocio duo eruerent. O quanti
ſunt de iſtis. qui potius volunt vno incom
modo affici: vt ſocius duobus. Unde dicũt
doctores. ꝙ inuidia eſt grauius peccatũ q̃ꝫ
auaritia. Rõ: q2 auarus ⁊ ſi non vult dare
bona ſua: tñ ſi alius dat de bonis non curat.
Inuidus aũt non vult: ⁊ dolet ꝙ alius ha/
beat. Unde Hiero. ad Aſellam. O inuidia
primũ mordax ſui. Idẽ ad Demetriadem
virginẽ. Oro: q̄d inuido delectationis pre
ſtat inuidia? Et Aſcula. lib. 2°.

La inuidia chel mondo non abandona.
Et fura la virtu da glintelletto.
Et arde ciechamente la perſona.
Manduca lalma: ⁊ ſtruge il core.
Dogni peccato ſa qualche diletto.
Dinuidia non altro che dolore.

¶ Tertia malignitas ⁊c̃. Hec ẽ illa beſtia:
que nemini parcit: oẽs offendit. Uñ Uale.
lib. 4. Nulla eſt enim tã modeſta felicitas:
que malignitatis dentes vitare poſſit. Et
Señ. ad Paulinũ. Inimica eſt ſemper alie
nis profectibus inuidia. Hiero. in Epytha

phlo.s. Paule. Semper virtutes perſequit̃
inuidia. Etenim oẽs ſancti: emulos habue
re. In padiſo quoq; ſerpens fuit. cuius in/
uidia mors introiuit in orbẽ terraruʒ. Ipſe
quoq; dñs Jeſus xp̃s: zelo iudeoꝝ crucifi-
xus eſt. Ille. Unde repło ꝙ offendit q̃nq;
genera pſonaꝝ. Primo offendit propin/
quos. Gen̄. 4. Chaym ex inuidia: Abel ſuũ
fratrem occidit. Preterea Gen̄. 37. Joſeph
fuit venditus hiſmaelitis. 30. argenteis: q2
plus a patre cunctis amabat̃. Secundo
offendit ſanctos viros. Dan̄. 3. Babilonĳ
videntes ꝙ tres iuuenes hebrei Ananias.
Azarias. Miſael. erant in curia regis Na/
buco donoſor: inuidẽtes eis. inſtigarunt re/
gem ad ſtatuã faciendã: vt eam non adorã
tes: mitterent̃ in fornacem ignis. Quod et
factũ eſt. Sed deo protegẽte eos: illeſi eua/
ſere. Preterea Greg. in lib. 2. dia. Cuʒ Bñ
dicti fama volaret in populo. quidã preſby
ter Florentius noĩe. manens prope habita
culũ ſancti viri. in ortum ꝓpe conuentum
conduxit. 7. nudas iuuẽculas. vt fama ſan
cti viri denigraret̃. Sanctus dei: a loco illo
diſceſſit. ⁊ locus ille corruit. ⁊ ipſuʒ preſby
terũ occidit. Preterea li. 4. dia. c. 3. recitat
de duobus germanis ſeruientibus in here
mo Eutitio ⁊ Florentio. Eutius vir littera
tus aſſumptus ẽ in abbatẽ cuiuſdam ab/
batie. Florentius ſolus remanſit. qui roga
uit deũ daret ſibi aliquã ſocietatẽ. Qui ei
vrſum miſit. Quẽ videns ſeruus dei. alacri
ter ſuſcepit. Cui curam cõmiſit de ouibus
ſuis vt in mane duceret ad paſcua: in ſero
rediret. quod ⁊ faciebat. Inuidentes autẽ
diſcipuli Eutitĳ: vrſum occiderũt. Qui oẽs
intra paucos dies morbo elephantino occi
ſi ſunt. Tertio offendit phos. Ariſto. cõ-
buſſit libros Platonis ſui magiſtri: vt ipſe
ſolus titulum ſcientie haberet. Heretici im
pugnauerunt Origenẽ. contra multas veri
tates: vt ponit Haymo. Cũ dicat Iſidorus
6. lib. ethymo. ꝙ ſex millia volũmina legit i
ſcolis Origenis a ſeeditos. Quarto offẽ
dit doctores. Quidam impugnãt Thomã
dicentes in multis erraſſe. ⁊ groſſum docto
reʒ dicunt. Cõtra tales Innocẽtius papa.
Huius doctoris ſapia. pre ceteris excepta
canonica: ꝓprietatem hʒ verboꝝ. modũ di
cendoꝝ. veritatem ſniaꝝ: ita ꝙ nunq̃ q eũ
tenuit inueniatur a tramite veritatis deui
aſſe. ⁊ qui eum impugnauit ſemper fuit de
ꝟitate ſuſpectus. Ille. Preterea Grego.
papa emulos habuit q volebant eius opa
comburere. Sed Petrus reſtitit. vidiſſe ſe
ſepius inquiens colũbam auri eius loquẽ/
tem ſuggerentẽq; ſcribenda. Quinto of/
fendit homines ꝓbos. Antipa pater hero/
dis inuidiatus fuit: q2 magna geſſit in bel/
lis pro romano imperio. accuſatus eſt apđ
imperatoreʒ ab emulis ſuis. centum vigin/
ti quattuor vicibus ſe defendit. Tandẽ co
ram ſenatu vna vice extraxit indumenta
propria: eis oſtendens vulnera. d. Ego am/
plius nolo me excuſare. Ecce que feci p vo
bis ⁊ bono reip. Preterea vt dicit Titus
Liuius. de Catone cenſorino: qui quadra/
gies quattuor vicibus accuſatus fuit apđ
ſenatum ex inuidia: tamen per ſeſe defende
bat. Uide Ualerium. Rubrica de ingratitu
dine. Scipio maior affricanus ex inuidia
ſuorum emulorum coactus eſt ſibi eligere
exiliuʒ in apulia. Preterea Scipio Emili
anus. miſerrime in carcere cõſumptus eſt.
O inuidia. Preterea Scipio minor. q Car
thaginem deleuit: ex inuidia in nocte inuẽ
tus eſt mortuus: quia occiſus fuit ab emu/
lis ſuis inidis. Preterea. M. Coriolanus
romanus ex inuidia bãnitus eſt apud vol/
ſcos. Preterea Furius Camillus ꝓpter i
gratitudinem liberate patrie. exul factus
eſt. Et Socrates philoſophus ſapientiſſi/
mus: iudicatus eſt carceri ex inuidia. ⁊ ibi
mortuus apud Athenienſes. Unde ſecun
dum doctores tria ſunt qui romam deſtru/
xere. Primum ſuperbia. Secundum diſco2
dia. Tertium inuidia per quam vnus per/
ſequebatur alium. Ex hac procedunt infa/
mie. homicidia. O quot ſunt occiſi. plures
mortui ſunt ex hac. q̃ʒ ex gladio. Unde pa/
tere poteſt ex dictis. qualiter ꝟtuoſis ⁊ ſan
ctis quietem ⁊ pacem non ſinit habere. O
virtutũ emula. O peſtis crudeliſſima. Hec
eſt que ingreditur per monaſteria. per con/
uentus. intrat per plateas. p predicatores.
per artifices. per oẽs. Et ſic pʒ ſecundũ.

t Ertiũ dr̃ inductionis. Inducimur
triplici ratione ſine remedio nõ ha
bere inuidiam.

¶ Primũ. dicitur fraternitas naturalis.

¶ Secundũ

¶Secundū. dicit̄ ꝯſideratio creaturalis.
¶Tertium. dicit̄ dānatio perpetualis.
¶Primū dicitur ꝛc. Quia omnes ſumus ab vno patre ꝛ matre generati. Matth. 6. Pater noſter qui es ꝛc. Et. 23. Unus eſt. n. pater veſter qui in celis eſt. omnes autem vos fratres. Unde non debet eſſe adinuicē inuidia. Unde. ff. de legationibus. l. Queſitam. Cum inter homines cognationē quandam natura contraxerit: conſequēs eſt hominē homini nocere nephas eſſe. ¶Secūdum dicitur ꝛc. Omnis creatura communicat ſeipſā: nec eſt inuidioſa. Nihil eſt in natura inuidioſum: excepto poltrone inuidioſo. Sol radios ſuos emittit. Luna lumen ſuum. ſtelle. Preterea ſi membrū vnū eſt infirmum aliud ei ſeruit. i. Cor. xij. Si quid patitur vnum membrum: compatiuntur ei omnia membra. Caput eſt chriſtus. mēbra ſumus nos. ¶Tertium dicit̄ ꝛc. i. Reg. 18. Cum dauid interfeciſſet Goliad ꝛ philiſteos debellaſſet: puelle cecinerunt. Saul percuſſit mille: Dauid decem ꝛc. Saul inuidia motus perſecutus eſt Dauid vſqȝ ad mortem. Unde demon Saulem arripuit: vnde damnatus eſt. Augu. ſuper Joannem. Sola dilectio diſcernit inter filios dei ꝛ filios diaboli. Dimitte ergo illam: quod gentiles ꝛ pagani egere. vt de Deſchine philoſopho qui ꝯſiderans amorē fraternalem: voluit cōmendare orationem Demoſthenis ſicut ſuā. Quod ſi egerimus ꝛc.

¶Feria. 3. in ramis palmarum. De miſſe ſignificationibus.

SAcrificate ſacrificium iuſticie. ꝛ ſperate in domino. ps. 4. ¶Cōcluſio eſt philoſophi. 2°. Meta. Quod homies huius mundi. volentes ſcire veritatem alicuius rei ꝛ intelligere. tribus modis cupiunt ſcire. Primo ratione. Non credunt quidā: niſi ratione eis probetur. Exemplum de Ariſto. Cum eſſet ad mortem. venerunt ad eum diſcipuli eius. ꝛ tulerunt libros ſacre ſcripture. Magiſter in tuis libris probaſti mundum eſſe eternum. Jn. xi. Meta. Motus celi eſt eternus. Jn. 8. ph. Mundus eſt eternus. Jn pmo celi. Celum eſt ingenitū. Et tamen in iſto libro hebreorum. oppoſitū reperitur. Jn principio. i. in tempore: creauit ꝛc. Quibus reſpondit philoſophus. Cuius auctoris eſt iſte liber? Dicunt. Moyſi. Et ille. Quāuis proponat mundū eſſe creatum iſte auctor. tamen non debeo credere: quia ſcriptura ſacra rationibus nō ſubijcitur. vnde non proponit ratione. Quidam alij nō credunt. niſi eis dicatur aliquod exemplū. Sicut chriſtus turbis loquens proponebat eis parabolas: ꝛ exempla, vt plenius caperent verba ſua. Quidam nō credunt: niſi adducatur eius teſtimoniū alicuius auctoris. vel auctoritas. Ad propoſitū. Eccleſia iſtis diebus facit aliqua inſolita. ꝛ mentibus noſtris miranda. quod in alijs diebus non facit. Unde non poſſunt bene intelligi: niſi declarentur. quia in myſterijs ſunt acta. Unde Dauit. Annunciate hoc. i. declarate in vniuerſa terra. Que ſcilicet fiunt ijs diebus. Unde volens hodie predicare de miſſa. ꝛ myſterijs que fiunt. Aſſumpſi verbū Dauid. Sacrificate ꝛc. Et lȝ non oēs parati eſſe poſſint ſumere ſacrm. nō tn̄ priuantur eius ſuauiſſimo fructu. cum duo te aſſiſtunt. De qua miſſa tria videbim⁹.
¶Primū. dicitur declarationis.
¶Secundū. dicit̄ conditionis.
¶Tertiū. dicit̄ regulationis.

PRimū dr̄ ꝛc. Scđm magrm in. 4. di. 13. Et Ric. in eadem. Miſſa habuit initium a xp̄o ieſu in die iouis ſancto: qn̄ in cena panē ꝛ vinū. tranſmutauit in corpus ꝛ ſanguinē: vt dicit̄ Mat. 16. Et. i. Cor. xi. Hoc eſt corpus meū. Et hic calix ꝛc. Unde pane conſecrato ꝛ vino: fuit principium. medium. ꝛ finis miſſe. Poſtmodum chriſto in celo aſſumpto. beatus Petrus ſuam primam miſſam celebrauit Antiochie. Et huic miſſe chriſti adiunxit orationem dn̄icalē. ſ. Pater noſter. cū forma conſecrationis. Ad modicū ꝓ tpis. b. Jacobus ep̄s hieroſolimitanus plura adiunxit: poſt. b. Petrum. Et poſt hunc. b. Baſili⁹ qui primus ep̄s fuit poſt. b. Jacobū: vt patet de conſe. diſt. i. c. Jacobus. Jn proceſſu ꝓ tpis. ſūmi pontifices plura addiderunt: in tantū ꝙ nihil deeſt miſſe. Quid autē ſi-

gniſicēt illa q̄ ibi ſiunt: per ordinem videa-
mus. Sacerdos xp̄m ſignificat. De quo. p̄s
Tu es ſacerdos in eternū ꝛc̄. Qui ponit
ſibi. 6. indumenta. Primo amictū in ca
pite. ⁊ ſignat coronam ſpineā: qua fuit in
die paraſceues coronatus. Secundo al-
bā camiſiā: ⁊ ſignat illā qua ab herode fu
it indutus. Tertio cingulū: ⁊ ſignat fu-
nem qua fuit ligatus ad colūnā. Quar
to manipulū in leua. ⁊ ſignat patientiam:
quā habuit in preſenti vita. Quinto ſto
lā. ⁊ ſignat obediam: quā habuit ꝑpter nos
Ad phil. 2. Factus eſt obediens uſq; ꝛc̄.

Sexto caſulā. que alijs veſtimentis ſu-
perponitur. ſignat charitatem. que omnes
alias virtutes excellit. De qua Petrus in
Canonica. Charitas operit multitudinem
peccatorū. Ad altare accedit: ipſū oſculā
do: q2 xp̄s ad nos veniens. oſculum pacis
nobis obtulit. Can. i. Oſculetur me oſculo
oris ſui. Stat in parte dextra: q2 xp̄s p°. ve
nit ad iudeos: iuxta illud. Notus in iudea
deus. Incipit introitum: ⁊ ſignat aduentū
xp̄i in carne. quem ſancti affectabant. Iſa.
16. Emitte agnū domine ꝛc̄. Et q2 in eius
aduentu: aperta eſt vena miſericordie. Iō
poſt introitum. Subditur Kyriel̄. Quod
fecit Grego. papa. Sed nota ꝙ eſt triplex
lingua in miſſa. Primo hebraica. ſ. oſāna.
Sabaoth. Amen. Secundo greca. kyriel̄.
xpel̄: ꝙ eſt deus. Tertio latina. quod eſt
reſiduum. Unde kyriel̄. interpretatur. Do-
mine miſerere. kyris grece: latine dicitur
domine. Leyſon grece: latinne dr̄ miſerere.
Quod nonies dr̄ computando xpel̄. vt per
miſericordiam xp̄i aſſociemur nouem ordi
nibus angelorum. Et dicitur tripliciter ad
patrem. ad filiū. ad ſp̄m ſanctū. Et poſt
modū dr̄ Gloria in excelſis. Quod inſtitu
it Teleſphorus papa ad repreſentandum
hymnū quē angeli paſtoribus dn̄o nato
cecinerunt. Vertit aūt ſe. d. Dn̄s vobiſcū
ſalutando ppl̄m: ⁊ ſignat ſalutationē quā
pplo fecit quando incarnatus eſt. ⁊ ad nos
venit. Ep̄la legit̄ ante euang. ita predica-
tio Joānes bap. fuit ante xp̄m. Graduale
dr̄: q2 Joannes bap. penitentiam predica-
bat. Math. 4. Penitentiā agite ꝛc̄. Et q2
poſt penitentiā ſequitur gaudiū. Mat.
6. Beati qui lugēt ꝛc̄. Jo. 14. Triſtitia ve-
ſtra ꝛc̄. Ideo poſt graduale. All'a cantatur
q̄d ſignat gaudiū angelorū ⁊ hominum:
in vita beata deū laudantiū. Et q2 fides
initiū habuit a predicatione xp̄i ⁊ apoſto
lorū: ideo ſtatī poſt epiſtolā dr̄ euangeliū:
quod ſignat xp̄i predicationē. Quod ince-
pit a concilio Niceno. Et debet legi in lo-
co magis eminenti: q̄ ep̄la iuxta illud. Su
per montē excelſum aſcende tu: qui euāge
lizas ſyon. Et cum omni reuerētia. Sequi
tur Credo ſtatī: in quo continent̄. 12. arti-
culi fidei. quā apoſtoli predicauerunt. Of
fertorium ſequitur cum calice in manibus.
Suſcipe ſancta Trinitas. ſignat q2 apoſto
li in die iouis ſcō. parauerunt panē ⁊ vinū
ob reuerentiā paſce. Poſt offertoriū facit
ſilētiū ⁊ dicit orationes tacite. ad repſitan-
dum illud tempus. quo xp̄s non ambula-
bat palam inter iudeos. cū interficere eum
cogitabant. Appropinquante autē termio
paſſionis. iterum palam ambulauit. Et ad
hoc ſignificandum exclamat. d. Per omnia
ſcl'a. Quod inſtituit Gelaſius papa. Sequi
tur Sāctus: repſītat laudem quā ſibi pue-
ri cecinerunt in dn̄ica palmarum. Quod i-
ſtituit Sergius papa. Incipit canonē. Te
igit̄ ꝛc̄. ⁊ facit tres cruces. ⁊ ſignat tres tra
ditiones. Primo deus pater. qui ipſum ꝑ
nobis tradidit miſericorditer. Secundo iu
das fraudulenter. Tertio iudei crudeliter.
Eleuatio hoſtie ſignat eleuationē corporis
xp̄i in cruce: ſuper montē caluarie. Ponit
ſuper corporale. Q2 tunc Nicodemus ⁊ Jo
ſeph. poſuerunt ipſum in ſindone munda.
Corporale ſignat ſindonem xp̄i. Facit ſilē-
tium: ſignat dormitionem quā xp̄s fecit in
ſepulchro. p. 39. horas. Cum dicit. Nobis
quoq; peccatorib⁹: vocē exaltat: ſignat cō
tritionem ⁊ confeſſionem latronis alterum
increpātis ⁊ miſericordiā petentis. d. Me
mento mei dn̄ veneris ꝛc. Deinde clamat.
d. Pater noſter qui ꝛc̄. eſt reductio ad me
moriam illius clamoris quē xp̄s emiſit ho
ra mortis. d. Pater in manus tuas ꝛc̄. Di
citur aūt tripliciter Agnus dei: q2 petimus
tria peccata dimitti amore illius paſſiōis.
Primo cogitationis. Secundo locutionis.
3° opātiōis. Per quoꝝ remiſſionē deueni-
mus ad eternam pacē. ideo dr̄ in. 3°. Dona
nobis pacē. Didit̄ hoſtia i trib⁹ ꝑtib⁹. Una
offertur

offertur ꝓ gloria ſanctorum qui ſunt in pa
tria. Alia pro illis qui ſunt in purgatorio.
Tertia pro nobis qui ſumus in mūdo. Se
quitur poſtcōio. ſignificat gaudiū apoſtolo
rum quod habuerunt de xp̄i reſurrectiōe.
Feſtinanter debet in choro cantari. Sequi
tur. Dn̄s vobiſcū. Quater vertit ſe ad po/
pulum in ſignū ꝙ in die reſurrectiōis qua
drupliciter ſe oſtendit. Primo magdale/
ne. Secundo duabus marijs. Tertio diſci/
pulis euntibus in emaus. Quarto omnibꝰ
apoſtolis. Sequit̄. Ite miſſa eſt. Quare nō
dr̄ in oī miſſa? Reſpondet Bona. in. 4. di.
13. Quod quedā miſſe celebrant̄ in honorē
ſanctorum. Et quia ſunt beati. Ite dicitur
populo. Ite miſſa eſt. i. feſtinate ingredi il/
lam regem: ſicut illi. Quedā ſunt alie ad ſa
lutem vivoꝝ. Et q2 non ſumus certi de ſalu
te nr̄a: iuxta illud Eccl's. 9. Nemo ſcit vtrū
amore: an odio dignus ſit. ideo debemꝰ aſ
ſidue eſſe ſoliciti vt non per noſtram igna/
uiam in nobis miſſe efficacia deperat. Un̄
dicitur Benedicamus dn̄o. Quedā dicun
tur ad requiem defunctorū. ⁊ illis dr̄. Re/
quieſcant in pace: q2 ſūt in loco penali. Un̄
patet primum myſte. ⁊c̄.

s Ecundum dicitur ⁊c̄. Tres ſunt
conditiones huius ſacrificij miſſe:
neceſſarie.

ℭ Prima. dicitur obligatio.
ℭ Secunda. dicitur auditio.
ℭ Tertia. dicitur deuotio.

ℭ Prima ⁊c̄. Obligantur hoīes ad miſſā
diebus dominicis ⁊ feſtis: quando ſunt de
precepto. Unde de conſe. di. i. c°. Miſſas.
Miſſas ſecularibus audire totas ſpeciali
ordine precipimus: ita vt nullus egredi p̄/
ſumat. ante ſacerdotis benedictionē. Ille.
Ubi ſunt. 6. dubia declarāda. in huius my
ſterij declaratione. Primū dubiū. Utꝝ
clerici ⁊ religioſi teneantur huic precepto?
Uidetur ꝙ non. q2 capitulū non facit men
tionem de clericis. ſed de ſecularibꝰ. Re/
ſpondet Joannes Andre. ſuper dicto. c°.
Et archidiaconus in Roſario. Qꝺ ſi tenen
tur layci. multo plus religioſi: q2 debent eſſe
patres boni exempli. Unde dr̄ eis. Mat. 5.
Uos eſtis lux mundi: ideo ſic luceat lux ve
ſtra. Et. i. q. i. c. Uiliſſimus cōputandus eſt:
niſi precellat ſcientia ⁊ ſanctitate, q eſt ho/
nore preſtātior. Immo vt dicit Tho. in. 4.
di. 13. Alex. in. 4. par. ſūme. Religioſus. ad
bene eſſe: tenetur omni die miſſam audire:
⁊ ſi nō ex vi p̄cepti: aut dicere. Q2 deficiēs
ab hac celebratōe. 3. mala cōmittit. Primū
q2 priuat angelos gloria accidētali. Scd̄ꝫ:
quia aīas in purgatorio. Tertiū eos q in
mundo. Unde miſſa ⁊c̄. Scd̄m dubium.
Utꝝ totā debeat audire? Uidet̄ ꝙ ſic. quia
dicit capitulū. Totas. Rn̄deo. ꝙ modicum
ꝓ nihilo reputat̄: vt ad Gloria in excelſis.
Tūc precepto ſatiſfacit. Q2 vt h̄ſt Theo.
Quod modicū eſt: rō apprehēdit q̄ſi nihil.
dū tn̄ malicioſe nō fiat: aut ducat̄ in ꝯſue
tudinē: vt mūdani faciunt. Tunc eſſet pec/
catū. Tertium dubiū ⁊c̄. Utꝝ videre. ⁊
nō audire: ſatiſfacio p̄cepto? Uidet̄ ꝙ non
q2 dicit capitulū. Audire. Rn̄deo. ꝙ ſi poſſi
bile eſt: tenet̄ audire euāgeliū: ⁊ epiſtolā:
Si nō pōt ꝓ multitudie populi: excuſatur.
Sed nō illi q extra eccleſiā morant̄: nec cu
rant audire. Quartū dubiū. Utꝝ oēs te
neant̄ tā pui q̄ꝫ magni. ſani q̄ꝫ infirmi? Ui/
det̄ ꝙ ſic. q2 capitulū neminē excipit. Rn̄/
deo. ꝙ impotētes nō tenentur. Un̄ dr̄. ff. de
reg. iur. l. Impoſſibiliū. Ad impoſſibile ne/
mo tenet̄. Sꝫ dico ꝙ excepta neceſſitate. ⁊
vrgēte: nullus excipit̄. Un̄ de ꝯſe. di. i. c. Cū
ad celebrandū. Et extra de Parochijs. c°.
Ut dn̄icis diebꝰ. Uos parochianos admo
neo vt populo vr̄o dicatis. ꝙ in feſtis preci
puis. miſſā integrā deuote audiāt. Ille. Sꝫ
heu. q2 ſunt nōnulle beſtiales genitrices. q
filias diebꝰ feſtiuis in domo relinquūt: nec
recordant̄ p̄cepti ſaluatoris. Mat. 4. Dn̄ꝫ
tuū adorabis. Et Exo. 20. Memēto vt diē
ſabbati ſctifices Sꝫ tales dn̄t. O ſic ē ꝯſue
tudo. Quibus rn̄deo: ꝙ nequaq̄ꝫ eſt bona
ꝯſuetudo. ꝙ dimittas filiā tuā in domo ad
tripudiandū. ⁊ ꝙ tp̄s circa ſpeculū conſu/
mat. Un̄ diſ. 8. dr̄. Mala ꝯſuetudo: nō mi/
nus q̄ꝫ pniciosa corruptela vitāda eſt. Ille.
Ducite ergo o mr̄es filias vr̄as ad miſſas.
ac diuinū cultū magnificate. Et vos o pr̄eſ
filios. ſuos. ancillas. ad miſſam oēs ducati.
Como atu ardire o hō tre ad prandiū iam
dita miſſa? Un̄ pꝫ. 4. dubiū. Quintū du
biū. Utꝝ teneant̄ audire vſq̄ꝫ ad bn̄dictio
nē? Rn̄deo. ꝙ ſic. q2 capitulū dicit ꝙ ſic. Et
di. i. de ꝯſe. Oēs cōione p̄uenit. q vſq̄ꝫ ad fi/

nem: miſſarꝫ ſolēnia nō audierint. Ille. Tales ſunt in fide ſuſpecti. q miſſā nō audiūt. O iudeo. O polaco. Sextū dubiū. Utrū miſſa melioris ſacerdotis ſit audienda. ꝗꝫ econuerſo. Rūdet. Tho. 3. par. q. 82. Quoad ſacrm̄: vtraqꝫ valet: q2 oēs virtute ꝟborū conſecrant: ſed quoad deuotōem orantis. melioris eſt audienda. ¶ Secunda conditio ⁊c̄. Debet enim audiri ſumma cum deuotiōe: ꝗꝫ dici pt̄. Et hoc ꝓpter. 3. fruct⁹. quos accipimus ab ipſa miſſa glorioſa: vt ponunt doctores.

¶ Primus. dicitur remiſſionis.
¶ Secundus. dicitur ſupplicationis.
¶ Tertius. dicitur defenſionis.

Primus dr̄ ⁊c̄. Scdm̄ Ric. in. 4°. di. 17. Octo vicibus peccata remittunt̄ venialia. Primo in principio miſſe: qn̄ ſacerdos dic̄ confeſſionē in principio miſſe. Idō vade ad principiū. Scdo. qn̄ hō benedictā aquam accipit in introitu. ſ. vt ad miſſam vadat. Tertio in confeſſione q̄ fit a preſbytero in medio miſſe. Quarto. qn̄ noīat Jeſuꝫ ⁊ hō inclinat caput. Ab Urbano papa dantur. 40. dies indulgētie. Inclinatio dꝫ fieri. C. de ſumma trinitate ⁊ fide catho. l. Nullus. Unius ⁊ ſūmi dei nomē vbiqꝫ celebret̄. Et extra de imunitate eccleſie libro. 6. c. Decet. Et ps. Ego aūt i dn̄o gaudebo ⁊c̄. Act. 4. Nō aliud nomē eſt ſub celo datuꝫ hoibus: in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quito. qn̄ leuat̄ ſanguis. Sexto. qn̄ corp⁹. Septio. qn̄ dr̄ Pr̄ nr̄ cū ſacerdote. Octauo. qn̄ datur bn̄dictio a ſacerdote. Ua ad miſſā o hō cū deuotione. Secūdus fruct⁹ dr̄ ⁊c̄. Q2 oīo fit ꝑ aſtātibus: in canone. In ꝟbo. Et oīuꝫ circūaſtantiū. Pro qua oīone: plura bona ſiūt. Exēplū cuiuſdā mercatoris de Datia: Andreas noīe. Qui ꝑegrinādo cū aliqͥs ꝑuenit in vigilia paſce ad ſepulchꝝ. Cū ſūmo mane socij vellent recedere: dixit eis. Dies paſce eſt. audiamus plures miſſas. Abeuntibus oibus: iſte remāſit. ſe patri obnixe recōmendans in ſuo Memēto. Miſſa dicta ⁊ prandio ſūpto: ſolus ire cepit. Quidaꝫ in equo ſedēs apꝑuit. d. Sede hic retro. Obdormiēſqꝫ inuenit ſe in mane in domo ſua. Cui dixit. Ubi es? In domo inqͥt mea. Et ille. Lauda deū: ⁊ regratia ſacerdotē. q pro te orauit. Tertius fructus dr̄ ⁊c̄. Defenditur. n. a pluribus malis: qui miſſaꝫ audit. Primo ab aqua. Exemplū illi⁹ marinarij. qui in mari exiſtens: naui fracta in tabula aſcendit. nō valens nauigare. Quidaꝫ apparuit ei porrigēs bucellā: qua ſūpta vires recepit. Fuit ſacerdos q ꝓ eo miſſaꝫ dixit quā ipſe audiuit: ex q̄ fuit adiut⁹. Scdo nō ſuſpendit̄. Quedā mulier a demone vexabat̄: que laqueū ſibi ꝑparauit ad ſe ſuſpendendū. que dū cepta conaret̄ perficere. Ecce pro eleuatione corpis xp̄i iuxta morem: campanulā audiuit. Flexis genibus ſolum vidit eleuationem. Intrans domū: funis ⁊ trabes ſunt cōfracti. demonibus fugiētib⁹ ⁊ dicētib⁹. ꝟtus miſſe illi⁹ modice. te liberauit a tꝑali ⁊ eťnali morte. Tertō mala morte nō pōt mori. Exemplū cuiuſdā Corteſani ducis Galeaç. noīe Rizo. q creme exn̄s ꝑ fuga: dū miſſam audiuit. nō potuit occidi. Et illa dimiſſa vitā finiuit. Quarto non morit̄ ſub montibus. Exemplū illius q dū foderet cecidit mons. quo preſſo ſub ipſo. ꝑ annū integrū ſtetit. ⁊ vxor eius aſſidue miſſam audiebat ꝑ eo. In capite anni: viſus ē ſanus. Quinto nō moritur ſagitta. Exēplū de duobus iuuenibus qui ad aucupanduꝫ ꝑgentes. ꝑcuſſus eſt ille. q miſſam nō audiuit. Un̄ patet qūo miſſa cū deuotione ⁊c̄.

¶ Tertia conditio dr̄ deuotionis. Audienda eſt deuote. Que deuotio dꝫ eē in duob⁹.

Prio ex ꝑte audiētis. ſ. illi⁹ q hāc audit. cū oī deuotione dꝫ eā audire. Genibus flexis. corde eleuato. ⁊ oēs a ſe expellere fantaſias. Cyprianus de ꝯſe. di. 1. c. Qn̄ ſtamus ad orationeꝫ fratres cariſſimi inuigilare ⁊ incūbere ad ꝑces toto corde debemus. Cogitatio hois carnalis ⁊ ſecularis abſcedat. Ille. Sed pl'es ſunt q pleni fantaſijs ⁊ carnalibus ⁊ ſecularibus nō recordant̄ ſe vidiſſe corpus dn̄i. Exēplū demonis ridētis i miſſa noua in alemania: ex eo q2 non erat hō q ad miſſam habuiſſet mentem. Unde ꝯtra Greg. in. 4. dia. Quis fideliū dubium habere pōt: in ipſa imolationis hora ⁊ in ſlo ieſu chriſti miſterio: ad ſacerdotis vocē chōros angeloꝝ adeſſe. celos aperiri. ima ⁊ ſūma ſociari? Ille. Et Th. in. 4. diſ. 13. Angelus intereſt miſſe. vt orationes populi et ſacerdotis deo repreſentat. Ille. Si ergo ibi eſt chriſtus. angeli. et la corte celeſtial: car nō

permanes

permanes cum deuotione? Si habes ſtare ante dñm temporalē: o cũ quãta deuotiõe: ⁊ quanto plus corã chriſto ieſu? Prattica. Quidã vagizant hinc inde. Quidã ſtudēt mente. quid agere debeãt poſt miſſaꝫ. Quidam ſedent. Clama ꝯtra iſtos precipue. O poltroni. Vñ pꝫ p̃ma deuotio ex pte audiē tis. Secũdo ex pte ſacerdotiſ: hec deuotio debet eſſe: vt moroſe hanc dicat: aliter dant cauſam murmurandi. Quidã non bene exprimunt ſed in gutture. Quidam nimis ꝓliri. Quidam nimis feſtini. Miſſa requirit ſpacium medie hore. quia ſunt ibi plura ad dicendũ: ⁊ miror multũ: quõ eſt poſſibile ꝙ quidam ita ſe expediunt. Niſi forte: q2 non dicunt quod dicere debent. Facecia de duobus capellanis in domo Bartolomei: quoꝝ vnus alterum increpabat. ꝙ mediuꝫ canonis nõ dicebat. alius aũt ꝙ nihil. Vis vituperare vnum ſacerdotem? Qñ miſſaꝫ dicit da beſtia. Et per oppoſitũ: quando deuote. Exemplum regis anglie: qui epm coegit in die ſancto expectare. donec reuerteretur de venatione. anteq̃ miſſam diceret. Dum hora tráſiret ⁊ vellet celebrare. ⁊ a nemine eēt adiutus propter timorem regis: incepit per ſe. ⁊ angeli ſtatim canere ceperũt kiri'. ⁊ omnia proſecuti ſunt. Quod factuꝫ epiſcopus docuit per ſuaꝫ dioceſim. Unde docuit poſtmodum ſuos preſbyteros cum omni deuotione miſſam celebrare: eo quia dominus ⁊ angeli huic myſterio aſſiſtebant. Unde pꝫ ſecundũ myſteriũ ⁊c̃.

Tertium dicitur ⁊c̃. Ambro. libro de officijs. 7. regule ſũt neceſſarie huic ſacrificio.

¶ Prima. dicitur humilis collocatio.
¶ Secũda. dicitur mentis eleuatio.
¶ Tertia. dicitur attenta aſcultatio.
¶ Quarta. dicitur reuerentie ſtatio.
¶ Quinta. dicitur realis oblatio.
¶ Sexta. dicitur deuota oratio.
¶ Septima. dicitur ſpũalis pticipatio.

¶ Prima dicitur ⁊c̃. quando homo eccleſiam ingredit̃. cauſa audiendi: non ponat ſe ante faciem ſacerdotis ſed longe. reuerent̃. ⁊ humilit̃. genuflexo. Unde apl's. viuo ego dicit dñs: q2 in nõie meo flectit̃ oẽ genu. Et xp̃s. Jo. 4. Veri adoratores adorabunt in ſpiritu. Et vt dicit̃ de cõſe. di. 2. c. Sacerdotum. Nulli laycoꝝ liceat ĩn eo loco vbi ſacerdotes ⁊ clerici conſiſtunt. quod preſbyterium vocatur. quãdo miſſa celebratur conſiſtere. Ille. Et ratio eſt huius in eodeꝫ. c°. vt libere ⁊ honorifice poſſit celebrare ſua.

¶ Secunda dicit̃ ⁊c̃. Quando ſtas in miſſa: cor eleua ad cogitanduꝫ peccata: ad meditandum diuina. Que regula datur a Cypriano. De conſecra. di. 2. c°. Quando ſtamus. Sed plures ad diuina veniunt cum falcone ⁊ accipitre: acſi irent venatum. Cõtra quos Luc̃. 18. Nemo poteſt duobuſ ⁊c̃. deo ⁊ falconi. O pazia mortalium. Unde antiquitus ab eccleſia erat ordinatum ꝓpter reuerentiam ſacramentorum: ꝙ canes falcones. ab eccleſia per oſtiarios expellerētur. ⁊ hodie in hiſpania obſeruatur. Quod chriſtus egit Jo. 2°. Et Mat. xx.

¶ Tertia regula ⁊c̃. Dum ſacerdos dicit alta voce verba in miſſa: attēde ⁊ aſculta. Et quotienſcunq; quis inclinat caput ad nomē Jeſu. ⁊ virginis marie: totiens meretur. 40. dies de indulgentia. Sed ponamus: ꝙ nulla eſſet indulgentia: adhuc eſt ſanctum facere reuerentiam: quia ab apoſtolo hortamur. Ad Phili. 2. Jn nomine ieſu omne genu flectatur. Et extra de immunitate eccleſie libro. 6. c°. Conuenientes.

¶ Quarta regula dicitur ⁊c̃. Que reuerentia habetur de conſecra. di. 5. c°. Apoſtolica. Unde homo debet ſtare in eccleſia: aut genibus flexis: aut rectus corpore. Contra poltronos: qui ſtant aſſentati quod eſt magnum peccatũ.

¶ Quinta dicitur ⁊c̃. videlicet in miſſaruꝫ ſolēnia ſemper aliquid eſt offerendum: aut denariũ: aut paneꝫ: aut candelã. Que regula ponitur de conſe. di. 1. c°. Omnis chriſtianus procuret ad miſſarum ſolēnia aliquid deo afferre. ⁊ reducere ad memoriaꝫ quod deus per moyſen dixit exodi. 23. Et Deutrono. 17. Non apparebis in cõſpectu meo vacuus. Ubi dicit glo. Si parrochianus eſſet pauper: ⁊ non poſſet aliunde viuere: poſſet diuina ſubtrahere: niſi darentur ⁊c̃.

¶ Sexta regula ⁊c̃. Jn miſſa ora deum hoc modo. O domine Jeſu regratior tibi de beneficijs mihi datis. adiuua me. da mihi paradiſum. da mihi perſeuerantiã in bono ⁊ conſtãtiam in aduerſis. Jſta eſt bona oratio: vt deus miſereat̃ tui de pecatis.

¶ Septima regula ⁊c. Q: homo percipit in hac miſſa de hoc ſacramento. De conſe. di. 2. Aug. Ut quid paras dentem aut ventrem: Crede ⁊ manducaſti. Ubi nota has concluſiones quas Bononie extraxi d Petro Calo. in miſſe laude. Prima concluſio. Quādiu che lhomo ſta ala meſſa. nō innechiſſe. gianche ſe debilita. Patz concluſio figuris. Adam pater noſter. quando comedit de fructu ligni. non ſe innegi. Filii iſrael qn manna comederant. non ſe indebilitono. Secunda concluſio. In illa die in qua homo miſſaz audit ſi caſu moreretur: tenet eccleſia: che labia recuuto la cōmunione. ⁊ ſic ab inferno liberatur. premiſſa tamen cōtritione: cum qua creditur q ad miſſam vadit. Aug. Crede ⁊ manducaſti. Tertia concluſio vna miſſa in preſenti plus valet ad remiſſionem peccati: che mille da poy la morte. Quod facit ſecularibus ne poſt mortem expectent. Quarta concluſio. La miſſa e de tanta virtu: che mentre che la ſe dice: ſi homo iret: aut circuiret totum mundum. ⁊ omnia ſua bona diſtribueret pauperibus amore dei plus valet ſibi audire miſſam integraliter. O miſſa ſancta. O glorioſa ⁊c.

¶ Feria. 4. hebdomade ſancte. De veritate ſacramenti.

HOc facite in meam cōmemorationem. Luc. 22. ¶ Redemptor noſter volens recedere a nobis ⁊ de hoc mundo ire ad patrem: officia pietatis diuidere voluit: et cuilibet dimittere aliquid: in ſignum bone memorie amicis ſuis. Primo apoſtolis legauit in teſtamento ſuo perſecutionem. Quod habuit ipſe: aliis dimiſit. Jo. 16. Si me perſecuti ſunt: ⁊ vos perſequentur. Qd habuerunt apoſtoli. Act. x. Per multas tribulationes: oportet nos introire in regnuz dei. Et. 2. Cor. 3. Omnes qui pie viuere volunt in xpo: percutionem patiuntur. Secundo legauit pacem. Jo. 14. Pacem relinquo vobis. Omnibus reliquit quod ſummee ei placuit. Jo. 16. Hec mando vobis vt diligatis inuicem. Tertio legauit iudeis corpus proprium: vt ipſuz crucifigerent: ⁊ noſtram ſalutem perficerent. Job. 9. Terra. i. caro xpi data eſt in manu impij. ſ. pilati ⁊ iude. Quarto legauit patri ſpūm ſuum. Luc. 23. Pater in manus tuas ⁊c. Dat exemplum nobis q in manibus dei debemus cōmendare ſpūm noſtruz: quia illud quod eſt in manu dei: eſt ſecurum. Quinto legauit marie virgini ſocietatem. ſ. Joānem euangeliſtam. Mulier ecce filius tuus. Quod facere voluit triplici ratione. Primo ratione ſui. Dederat legem Exo. 20. Honora patrem ⁊ matrem tuam. Decebat vt conditor legis legem ſeruaret. Secūdo ratione noſtri. vt nos doceat de parentibus noſtris curam habere: non ſolum in vita: ſz etiam in morte. Tertio ratione virginis. Amittebat filiuz: ideo pro conſolatione dimittebat ſibi fidelem diſcipulum. Sexto legauit latroni paradiſum. Math. 26. Hodie mecum ⁊c. Septimo legauit peccatoribus ſanctam cōmunionem: vt ſumāt corpus ⁊ ſanguinem ſuum in potum. ⁊ cibum. Q: vt apoſtolus dicit. Ad Heb. 9. Sāguis xpi emundabit conſciētias noſtras. Unde ipſe dicit. i. Cor. xi. Probet autem ſeipſum homo. ⁊ ſic de pane illo edat. ⁊ de calice bibat. Unde dicunt verba aſſumpta. Hoc facite ⁊c. In quibus verbis de ſacramento incipiemus loqui. De quo hodie tria contemplabimur.

¶ Primuz. di. verificationis.

¶ Secunduz. di. conditionis.

¶ Tertiuz. di. confirmationis.

PRimuz di. ⁊c. Utrum corpus chriſti ⁊ ſanguis ſub accidentibus panis ⁊ vini conſecratis contineatur vere ⁊ realiter: Ad hoc: due ſunt opiones. Una philoſophorum: cum qua iudei ⁊ gentiles militant. Alia catholicorum.

¶ Prima opinio probat q non eſt ibi corpus xpi: ⁊ omnino impoſſibile aſſerit tali ratione. Per regulam phie. 4. phyſicoruz. Locus ⁊ locatum debent proportionari. Exempli gratia. Si corpus eſt magnum: et locus debet eſſe magnus. Locus ⁊ locatū ⁊c. Si res parua: ⁊ locus paruus. Sed in hoc loco videmus oppoſitum. Cum parua ſit hoſtia: vbi ſit corpus chriſti. Unde patet prima opinio.

¶ Secunda

¶Secunda opinio dicit ꝙ ſic. In virtute verborum: Hoc eſt corpus meum. Ad hanc ꝯcluſionem difficile̾ rñdeo ſm doctores. ꝑcipue Th. in. 4. di. 9. Et Petrū de Tarā. in. 4. Boſi. in. 4. di. x. Q̃d in hoſtia ꝯſecrata eſt ibi realiter corpus xpi. Que ꝯcluſio ꝗuis fides catholica non indigeat rationibus noſtris aut ꝓbationibus: cū in huiuſmodi rōnibus non fundetur. tamē ad ꝯſolationem fidelium: ꝓbo ꝯcluſionem eē veram triplici medio. Primo rōne. Secundo auctoritate. Tertio exemplis. Primo rōnibus: que ſunt tres ad pñs.

¶Primo rōne cauſalitatis.

¶Secundo rōne maioritatis.

¶Tertio rōne credulitatis.

¶Primo rōne ⁊c̃. Q̃d. ſ. per dei potentiaꝫ: ſubſtātia hoſtie ⁊ vini: poſt ꝯſecrationē realiter ꝯuertitur in verā ſubſtātiā corporis xpi ⁊ ſanguis. Fundamentū rōnis ſumit̃ per auctorem in li. de cauſis. Quicqd facit ſecunda cauſa: facit prima nobiliori ⁊ altiori modo. Exēpli grā. Si camerarius alicuius dñi pōt alicui facere vnam grām: a fortiori ipſe dñs hoc pt̃it facere. Preterea ſi eps pōt aliquē abſoluere a pctō enormi: a fortiori pap. Ad ꝓpoſitum. Natura naturata conuertit vnā ſubſtantiam in aliam. Q̃d patet ad oculum. Homo comedit panem. ⁊ bibit vinum: ⁊ facta digeſtione in ſtomacho: panis ⁊ vinum ꝯuertunt̃ in ſanguineꝫ ⁊ carnem. Preterea mulier pregnans comedit: cibus digeſtus ꝯuertitur in carnem ⁊ ſanguinem ⁊ oſſa: cuius habet in vtero.

Preterea per virtutē caloris galline. ſubſtantia oui conuertitur in ſubſtantiam carnis: ſeu in gallinā. Preterea vt dicit phs in. 4. Meteo. Uirtute ſolis: humiditas terre conuertitur in arbores. herbas. in vinū. oleum. balſamū. ⁊ huiuſmodi. Et eadē terra virtute ſolis conuertitur in aurum. argētum. ferrum. ⁊ lapides precioſos. Et Iſidorus. li. Ethi. dicit. ꝙ in Scotia eſt fons qui omne quod in eo mittitur: ſtatim conuertitur in ſubſtantiam lapidis. Ad propoſitū. Si hoc natura operatur: quāto plus poteſt deus nature: vt vna ſpēs vel natura vnius rei: mutetur in aliaꝫ ſpēm: Q̃z vt dicit phs in. 2°. Meta. Quod eſt cā aliorum vt ſint talia: illud maxime ē tale. Si poteſt ſcda cā plus poteſt prima: cum ſit potentie infinite Unde pꝫ prima rō. ¶Scḋo rōne ⁊c̃. Concluſio eſt Boſi. in. 4. di. x. Et Hilarij. ⁊ phi in Top. ꝙ maius opus eſt de nihilo aliqd facere: ꝙ̃ de aliquo aliquid facere. Et rō ē Franciſci de mayronis. in quodā ſermone de ſacramēto altaris. Q̃z plus diſtat ens ⁊ non ens: ꝙ̃ inter ens ⁊ ens. Q̃d pꝫ. Homo enim poteſt facere de ferro cultellum: de ligno cathedram. de farina panem. Sꝫ tota natura: omneſqꝫ ſimul angeli. de nihilo nū ꝙ̃ poſſent aliquid facere: imo nec granum minimum milij. Unde phs. i. phy. ⁊ oēs philoſophantes ꝯcludunt. Q̃d ex nihilo nihil fit Unde maius miraculum fuit vinuꝫ in nuptijs Jo. 2. ꝙ̃ multiplicatio panum: q̃z. ſ. ex nihilo erat. Ad ꝓpoſitum. Quis de nihilo creauit angelos. celum. terram. ⁊ omnia q̃ in eis continentur: Certum ē ꝙ ipſe deus fuit: cuius potentia eſt infinita. Q̃d ſi ſic ē: ꝙ deus poteſt de nihilo tanta facere: quāto magis poteſt vnum ens in aliud conuertere. ſeu ſubſtantiā panis ⁊ vini in ſubſtātiam ſuis corporis cōmutare: Quā rōnem tangit Ambro. in li. de ſacramentis. Q̃d ſi potuit creare celos. elementa de nihilo: cur non poterit mutare vnam ſpēm in aliam:

¶Tertio rōne ⁊c̃. Concluſio Th. in de potentia dei. q. 6. ar. 2. Deus facit quedaꝫ tripliciter. Primo ſupra naturam: vt ꝙ mortuus viuat. Secundo contra naturam: vt ꝙ virgo pariat. ⁊ hō in igne illeſus ꝑmaneat. Tertio preter naturaꝫ: vt ꝙ aqua in vinum conuertat̃. Ad propoſitum. Si credis iſta hō: cur non magis ꝙ in virtute verborum Hoc eſt corpus ⁊c̃. ſit realiter corpus xpi in hoſtia: Que concluſio probat̃ vera exemplis in triplici differentia. Primuꝫ exemplū eſt ſcripturale. Exo. 4. virga moyſi ad ipſius iuſſum verſa ē in colubrum: ⁊ iterum per caudam accipiens verſa ē in virgam. Preterea in exodo. Manum moyſes in ſinuꝫ miſit ⁊ extraxit de ſinu leproſaꝫ ante pharaoneꝫ. Preterea de flumie Marath. Exo. 16. Ex amaro conuerſum ē in dulce. Preterea de māna: quomodo eo pauit populuꝫ in deſerto. Preterea de ſole contra gabaonitas Joſue. x. Preterea Nūeri. 21. petra duriſſima. virga Moyſi percuſſa: aquā dedit. Si ergo iſti tot fecerūt. quā

ſto plus deus omps? Secundū exemplū
eſt ſanctorum. In tempore. s. Ludouici in
francia celebrante quodam ſacerdote.
in hoſtia conſecrata viſus eſt xp̄s in carne
viſibili. vz. puer paruulus. Et cum nuncia-
retur regi Ludouico vt veniens videret:
Reſpondit ego credo ita eſſe. Qui non cre
dit eat ad videndum. Pretera de Greg.
papa cum vellet conuincere quandam vi-
duam que faciebat ſibi hoſtias quibus ipſe
celebrabat: fortiter riſit. Qui ſtatim manū
retraxit. Querens quare. Rideo inquit. q2
hoſtia quam manibus meis feci: mihi das
pro vero corpore chriſti. Qui incredulam
ipſam videns: orauit di. O domine ieſu: ve
ritatem oſtende tui ſacramenti. Statiz ap-
paruit hoſtia tota caro. Quo viſo vidua la
chrymata eſt: et ab omni incredulitate ſana
ta. Tunc Grego. orauit vt hoſtia conuertē
tur vt primo erat. et viduam cōmunicauit.
Preterea de. b. Ambr. legitur q corp9 do
mini dedit fratri ſuo Satyro adhuc infide
li in vaſe: eiq3 ſuaſit q ſi in periculo in ma-
ri eſſet: ipſu3 inuocaret. Quod et fecit in na
uigio vbi omnes perierunt. Ipſe ſo cu3 no
ſtro deo per mare tanq3 per terram ibat:
clamans. O deus Ambroſij: adiuua me.
Unde ex hoc conuerſus eſt ad xp̄m. Pre
terea de quadam Angelina tertij ordinis:
de fulgineo: vel potius de ſancta Clara or
dinis minorum. dum oraret coram ſacra-
mento vt defenderet moniales ab inimicis
et ciuitatem Aſiſij: apparuit ibi ſtatim infā
tulus quidam in tabernaculo di. Ne time-
as qm̄ victoriam hēbis. Portans igit ta-
bernaculum cum corpore xp̄i vndiq3 circa
locum: ſtatim omnes inimici perterriti: p-
pter preſentiam xp̄i in tabernaculo veraci
ter exiſtentis: de muris corruerunt. Aliqui
mortui ſunt. Aliqui in fugam verſi. Et hoc
ciuitas Aſiſij fuit liberata. Tertium eſt
exemplum hereticoru3: de Berengario dia
cono eccleſie. s. Mauritij andegauēſis. qui
non credebat hoc ſacramentum. A Nico-
lao papa cum. l3. epiſcopis reprobatus fu-
it. Unde in ſe reuerſus p inſpirationē quā
habuit quadam nocte: confeſſus eſt verita
tem. Quam confeſſionem ponit Gratian9:
de conſe. di. 2. c. Ego Berengarius. Unde
iurauit per ſacra euangelia cum maximis
lachrymis ſimul cum alijs credere indubi
tanter: q in hoſtia conſecrata erat verum
corpus chriſti. Unde patet propoſitum.
Sed merito dubium queritur. Cur hoc ſa-
cramentu3 viſibiliter non poteſt videri niſi
vellatum ſub accidentibus: Reſpondeo q
triplici ratione. Primo fidelitatis: vt no-
ſtra fides ſit maioris meriti. Quia vt dicit
Grego. Fides non habet meritum: vbi hu
mana ratio prebet experimentum. Quan-
to res vna minus videtur. et quis eam cre-
dit: tanto maius meritum: cum ſit maior ſi
des. Unde chriſtus Jo. vlti. dixit Thome
clamanti. Dominus meus. et deus meus.
Gran merce Thoma. Quia vidiſti me. cre-
didiſti. Sed beati qui non viderunt: et cre-
diderunt. Ad propoſitum. Si chriſtus vi-
deretur in hoſtia in carne: minus haberet d
ratione fidei. Cum Augu. dicat. q fides ē
de non viſis. Sed quia homo non videt ni
ſi hoſtiam: et aliud credit: ideo plus meret.
Ex hoc plus laudatur fides Cēturionis q
non vidit miracula xp̄i et credidit: q̄ apo-
ſtolorum qui viderunt. ſecum comederunt:
dormierunt. et huiuſmodi. Secundo ra-
tione horribilitatis. Quia ſi vinum homi-
nem. vinum. et carnem crudam ſumere de-
beremus: natura hominis abhorreret. Un
de et ob hoc multi abſtinerent a ſumendo
illud. Tertio ratione imbecillitatis. Qr
ſi deberem9 xp̄m in ſua claritate videre. ſē
ſus viſus non poſſet ſuſtinere: quia milleſi
es eſt clarior ſole. Unde anima mia: crede
hoc verum eſſe ſacramentum. Quia vt di-
cit Bernar. in ſermone de ſacramento. Si
credimus Galieno de diſcretione venarū.
ſi Ptolomeo de magnitudine curſus et in-
fluentia ſiderum. ſi pho Ariſtoteli de fal-
lacijs et forma ſyllogiſmoru3. ſi Ciceroni de
ornatu coloru3. ſi Priſciano de compoſitio
ne litterre: cur non magis deo qui vult hoc
ſacramentum eſſe corpus ſuum: Unde pa
tet veritas noſtre concluſionis. Sed que-
rit anima cara. Utrum angeli videant co-
gnitiōe ſua naturali ibi corpus chriſti: Re
ſpondeo q non naturali cognitione. Quo-
niam omnia que ſunt fidei: ſunt ſupra na-
turalem ipſorum cognitionem. Myſteria
fidei dicunt eē abſcōdita a ſeculis in deo:
inquit apoſtolus ad Eph. 4. ideo naturali
cognitione

cognitione non vident angeli corpus chriſti ſub ſacramento ſed ſolū beatifica: qua vident de quibus eſt fides per beatificam cognitionem in verbo. multo minus poſſumus nos videre: niſi per reuelationē fidei per verbum xp̄i. Hec Tho. in. q. de potentia ſupra. Ad argumentum. Locus ⁊ locatum ⁊c. Uerum eſt naturaliter: ſed i hoc ſacramento incedimus via ſupernaturali. Unde patet primum.

s Ecundum dicitur ⁊c. Uiſo de eius veritate: ſequitur nūc videre de cōditionibus que requiruntur ad veram ſpūalem ipſius maſticationem. Quinq̄ ſunt conditiones neceſſarie: ad hoc vt homo ſumat hoc ſacrm̄ deuote.

¶ Prima eſt cum cordis contritione.

¶ Secunda eſt cum maxima puritate.

¶ Tertia eſt cum humilitate.

¶ Quarta eſt cum fortitudine.

¶ Quinta eſt cum ſatiſfactione.

¶ Prima eſt ⁊c. De hac figura Job. 4. Antequā comedam ſuſpiro. Suſpirare debet homo anteq̄ ſe preparet ad tm̄ ſacramentū. Iſta autem ſuſpiratio ⁊ contritio fuit figurata in teſtamento veteri. Exodi. 12. Ubi deus precepit iudeis vt comederent agnū paſchalem: cum tribus conditionibus.

¶ Primo tenentes baculum in manibus.

¶ Secundo cincti renibus.

¶ Tertio cū lactucis agreſtibus.

¶ Primo cum baculo. i. fortitudine animi: non cito reuerti ad peccata poſt hoc ſacramentum. Unde eccleſia canit. Eſtote fortes in bello: ⁊ pugnate cum antiquo ſerpente.

Secundo Cincti renibus: vbi notat̄ carnis continentia. Luc. 23. Sint lumbi veſtri precincti ⁊c. Tertio cum lactucis agreſtibus ideſt amaritudine peccatorum. Aliter homo exponeret ſe periculo anime. Unde iudas: vt dicitur Jo. 14. quia ſine contritione hoc ſacramentum ſumpſit: diabolus in eū introiuit. Nota tn̄ ſm Albertū q̄ qdā ſunt. q ſumūt iſtas lactucas itegras. qdam ↄtritas. ⁊ qdā ſuccū ipſarū. Eſt enim. qdaꝫ amaritudo ſupficialis. quedā p̄cordialis. ⁊ quedā mixta cū lachrymis. Sūt enim quidam q habent de peccatis quedā ſupficialem doloreꝫ q attritio dici pōt. Iſti ſumunt iſtas lactucas integras. Talis attritio peccatore plene nō iuſtificat. Jere. 5. Percuſſiſti eos: ⁊ nō doluerūt. attriuiſti eos ⁊ renuerūt accipe diſciplinā. Alij ſunt q oīa pcā ſua i mortariolo memorie ↄgerunt ⁊ piſtillo laboris minutatim ↄterunt. Et talis dolor cōtritio appellat̄. Iſti ſumunt iſtas lactucas ↄtritas. Et tal' ↄtritio vulnera pcōꝝ ſanat Oſee. ix. Sanabo ↄtritiōes eoꝝ: diligā eos ſpōtanee. Alij ſūt maioris pfectiōis. q. ſ. pcā nō ſolū ſic ↄterūt ſꝫ et lachrymas emittūt. Iſti ſumūt agnū cū ſucco lactucaꝝ. i. cum abūdātia lachrymaꝝ. Greg. in moral'. Carnes cū lactucis agreſtib⁹ ſūt edēde: vt cū corp⁹ redēptoris nr̄i accipim⁹ nos ꝓ pcīs nr̄is i fletib⁹ affligam⁹. q̄ten⁹ ipſa amaritudo penitētie abſtergat a mētis ſtomacho pūerſe humoreꝫ vite. ¶ Secunda conditio ⁊c. Apoſtolus ponit. i. Corin. xi. Probet autem ſe ipſum homo: ideſt examinet propriam conſcientiam: ⁊ ſic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat ⁊ bibit indigne. iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. Ille. Glo. i. damnationem. Non immerito patres mei: quia ſi Adam cum tota natura humana damnatus eſt: q2 pomū vetitū comedit. Gen̄. 3. Equanto magiormente: qui indigne communicatur: In huius figuraꝫ 2. Re. 6. De Oça legitur qui fuit a deo percuſſus eo q̄ archam domini manibus ſuis tetigit: que cadere de curru volebat. Rationem aſſignant hebrei: ⁊ Hieronymus. A deo percuſſus eſt: quia cum vxore ſua: nocte preterita iacuerat. Sed qua percuſſione dignus eſt: quia iacet cum meretrice ⁊ concubina: Si ille mortuus eſt: qua percuſſione dignus eſt: qui corpus chriſti indigne ſumit: Unde Hieronymus in quadam epiſtola. Quid tibi cum feminis: qui ad altare cum domino fabularis: Dic ſacerdos qualiter cum eiſdem labijs filiū dei oſcularis quibus oſculatus es filiam meretricis: Und Leo papa. Nullus malignus nullus fuſcato animo accedat. Pura ſit cōſcientia: quia purum eſt ſacramentum. Et Leui. 21. Qui habuerit maculas non accedat ad miniſterium. In huius figuram. 2. Re. 6. Uiri betſamite mortui ſūt q2 viderūt archam domini. O quid de illis: qui non tm̄ vident: ſed inſuper ſumūt indigne: Uñ Prouer. 23. Quando ſederis ad mēſaꝫ vt

comedas cum principe: diligenter attende que poſita ſunt ante faciem tuā. ¶ Tertia conditio ⁊c̄. Ut ſe peccator reputet indignum: tantū ſumere ſacramentū. Figura. Mat. 8. De centurione qui dixit. Domine non ſum dignus vt intres ⁊c̄. Si centurio ſe indignū reputabat ſumere in domo ſua mortalem: quanto plus imortalem: Unde ſanctus Marcus tanq̄ indignus policem ſibi amputauit: ſancto inſtigante ſpiritu: Et Jo. bap. contremuit tangere chriſtum quando ipſum baptizabat. Si timuit tangere mortalē: quanto plus nos imortalē: Ubi nota. Qd homo merito debet incedere cum humilitate: q2 vt habent doctores: duo ſunt in hoc ſacramento. Dignitas et vtilitas. Dignitas quidem: quia in alijs ſacramentis confertur gratia: non autem in ipſis eſt ipſe deus. In hoc ſacramento non ſolum confertur gratia: ſed eſt ipſa gratia: Unde dicitur euchariſtia. ideſt bona gr̄a. Immo in ipſo eſt ipſe deus ⁊ homo. Utilitas quidem: q2 perducit ad patriam. Unde dicitur viaticum: q2 per viā huius mundi nos ſuſtentat: vt ad patriam peruenire poſſimus. Dominicus hoc conſiderans flebat ſemper in miſſa. ¶ Quarta cōditio ⁊c̄. vt. ſ. homo habeat firmū propoſitum abſtinēdi ab illicitis: ⁊ potius mori q̄ facere aliquod malum. Unde philoſophus. 3°. ethi. Melius eſt mori q̄ facere contra bonū virtutis. Et ſancta Monica de beato Auguſtino dicebat. Uellem potius filium meum Auguſtinum mori: q̄ q̄ remaneret in ſuo peccato infidelitatis. O quot nō habēt hoc propoſitum. Immo fingunt facere omnia bona his diebus: vt ſic abſoluantur eorum meretrices. Et facto voto: gabato el ſancto. vt canes ad vomitum ⁊c̄. ¶ Quinta cōditio ⁊c̄. Deuter. 17. Qui non obedierit ſacerdotis imperio: morte moriaẗ. Ut reſtituas male ablata o vſurarie. Ut dimittas concubinam o concubinarie. Ut reſtituas famā o infamator. Aliter non eſt bonum cōmunicare. Nō accedas ad ⁊c̄. Ubi nota ſecundum magiſtrum in. 4°. diſ. 9. Qd quattuor ſunt differentie perſonarum: que accedunt ad hoc ſacramentum. Primo quidam ſumūt ſacramentum ⁊ non effectum ſacramenti: vt ſunt peccatores illud ſumentes in mortali. Uſurarij. concubinarij ⁊c̄. Secundo q̄dam ſumunt effectum ſacramēti: ⁊ non ſacramentum: vt ſunt infirmi ⁊ alij qui non poſſunt cōmunicare ex cauſa legittima. De quibus de ꝯ. diſ. 2. c. Ut quid paras dētem aut ventrem: Crede ⁊ manducaſti. Tertio quidam non ſumunt ſacramentum: nec effectū ſacramenti: vt illi qui non cōmunicāt in paſchate. De talib9 de ꝯ. diſ. 2. c. Seculares qui in paſcha nō cōmunicauerint catholici non credantur: nec inter catholicos habeātur. Quarto quidam ſumunt ſacramentum ⁊ effectum ſacramenti: qui ſunt ī ſtatu gratie: ⁊ percipiunt dulcedinē. Aug. Accipe quotidie quod quotidie tibi proſit. Sic viue: vt quotidie merearis accipere. Ille. Unde patet ſecundum.

T Ertium principale dicitur ⁊c̄. Declarata huius ſacramenti veritate in primo myſterio. nūc in hoc tertio myſterio ſolum exemplum vnū pro noſtra conſolatione ⁊ ſacramenti huius verificatione: eſt videndum: ad huius ſermonis cōfirmationem. Cum beatus Gregorius miſſam celebraret rome: apparuit illi Jeſus ſub effigie paſſionis ⁊ pietatis. Quem videns compaſſione motus ⁊ deuotione. plurimū lachrymatus eſt. Unde ſtatim miſſa celebrata: oībus vere penitentibus ⁊ confeſſis coram ſimili imagine pietatis dicentibus genibus flexis orationem. O domine Jeſu: cum quinq̄ pater noſter. ⁊ totidē Aue maria. conceſſit. 14. millia annorum de vera indulgentia. Poſtmodum plures pontifices pre deuotione addiderūt. Intantum q̄ in ſumma ſunt. 20. millia: ⁊ duodecim anni. ⁊ dies. 23. Hec omnia ſunt ſcripta in capella domini cardinalis hoſtienſis. que eſt ſita in eccleſia ſancti Petri de roma. Quam indulgentiam confirmauit Calixtus papa tertius. die. xij. Junij. 1456. Et tu pater Gabriel predicator veritatis amplia ⁊ predica hanc deuotionem quantum potes. Unde patet ſermo primus de veritate ſacri.

¶ Feria. 5. hedomade ſancte: De neceſſitate ſacramenti.

Hoc facite

Hoc facite in meā cōmemorationem. Luce .22.

¶ Uniuerſale ſententia e deli antichi ⁊ optimi expoſitori approuata che ciaduno viandante ⁊ peregrino qual ſar vol ben el ſuo pegrinazo: neceſſarie li ſon trey cōditione. Prima che in altro non ſtudia: excepto che peruenire al fin del ſuo camino. Secunda che non porti tal theſoro che merito a latrōib⁹ ⁊ inimicis ſit ſpoliatus ⁊ occiſus. Tertia cōditio ꝙ habeat bonā ſocietatē que conducat eū ſaluū ad patriam ꝓpriam. Moraliter. Iſte homo peregrinus: eſt viator quilibet: qui ad patriam tendit. Unde Dd. Aduena ego ſum apud te ⁊ peregrinus: ſicut ⁊c. Et ad Hebre.9. Non habemus h ⁊c. Geñ.47. Jacob dixit pharaoni. Dies peregrinationis mee centum.30. annorum parui ⁊ mali. Plato in Timeo. Tritum ſiquidem ⁊ ad omnes decantatū: hanc vitam peregrinationem eſſe quādā. Non debet hic peregrinus habere aliud ſtudium ꝙ̄ gradiendi ad paradiſuz: di far bn: di ſaluarſi: quia ad hoc natus eſt. Secunda conditio: non ferre theſauros mūdi: nec ſtudere diuitijs huius ſeculi. Unde Lactā. 7.c.1. Uirtutis autem via nō capit magna onera portantes. Anguſtus admodum trames eſt: per quem iuſtitia hominem deducit in celum. Hunc tenere non poteſt: niſi q fuerit expeditus ⁊ nudus. Ille. Tertia vt habeat bonam guidam. Que eſt hec: Reſpondeo: ſanctum ſacramentum miſſe. Qd nos dum hanc vitam erimus como bona guida animam noſtram deducit ad paradiſum. Ideo xp̄s nos hortatur faciamus communionem inquiens. Hoc facite in meam commemorationem. In quibus verbis de neceſſitate ſacramenti erit ſermo noſter hodiernus. Ubi tria per ordinē videbimus.

¶ Primum. dī neceſſitatis.
¶ Secundum. dī vtilitatis.
¶ Tertium. dī ſpūalitatis.

c Irca primum. Queritur dubium: Utrū fuit neceſſarium: inſtitui hoc ſacramentū: Reſpondeo ſm theologos. Tho.4.di.8.ar.5. Petrum de tar.4. di.6. Et Ric. ibidē di.8.ar.1.q.4. Qd fuit neceſſarium. Que neceſſitas probatur quadruplici medio.

¶ Primo. ratione.
¶ Secundo. auctoritate.
¶ Tertio. figura.
¶ Quarto. exemplo.

¶ Primo ⁊c: Que dicitur conſeruationis. Diuina prouidentia ſuas creaturas i tres gradus diſtinxit. Aliqua erat ſpūalis: vt angelus. Aliqua erat mixta: partiz corporalis. partim ſpūalis. vt homo. ex anima ⁊ corpore compoſitus. Aliqua ſimpliciter corporalis. vt animalia ſenſibilia. ⁊ omnia vegetabilia. Secundum quos gradus: eadem diuina ꝓuidentia: omibus illis de eorum vita prouidit. Angelis enim cibum ſpūalem plenum omni ſuauitate dedit: qd eſt videre diuinam eētiā ⁊ ea frui. ⁊ in ea quietari in eternum: Iuxta illud. Saciabor quum ⁊c. Ideo dixit angelus Tob.12. Cum eſſem vobiſcum per voluntatem dei. videbar quidem manducare ⁊ bibere: ſed ego cibo ⁊ potu inuiſibili vtor. ſcʒ diuina viſione. Secunda creatura: eſt beſtia: cui ꝑparauit herbas virentes: vt patet Geñ. 1. Tertia creatura: eſt homo mixtus corpore ⁊ anima. Ex parte corporis ⁊ anime: diuina prouidentia cibū materialem dat: ſine quo non viuit. In.1. de gñatione. phs. Omne viuenſ quādiu viuit: indiget alimēto: conuenienti ſue nature. Et.1. Polit. Sine neceſſarijs: impoſſibile eſt viuere. Quia calor naturalis conſumeret totum humidum radicale. Et in li. de cauſa longitudi ⁊ breuitatis vite. Duo ſunt principia vite noſtre: calidum naturale. ⁊ humidum radicale. Unde corpus indiget cibo conuenienti ſue nature. Or vulgo dicitur. Sacco vodo ⁊c. Et ſic corpus non poteſt eſſe ſine cibo Sic anima ſine cibo ſpūali viuere non poteſt. Qui eſt iſte cibus: Reſpondeo ꝙ ē ſacramentum altaris. De quo Io.6. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere ē potus. Et magr.4. diſt.8.c. vlti. Sicut panis pre ceteris cibis corpus reficit ⁊ ſuſtentat. ⁊ vinum hominem letificat: ſic caro xp̄i hominem interiorem plus ceteris grāijs ſpiritualiter reficit. Unde dicitur viaticum. q. reficiamentum. Qui panis poſitus eſt in menſa noue gratie. ſ. in altari. In celo genſ

nis. In vtero virginis fermentatus. In patibulo crucis coctus. Unde Ricar. in. 4. di. 8. ar. i. dicit. Qd inter cetera ſacramenta duo fuere neceſſaria. Primum fuit ſacramentum baptiſmi. per quod anima fit ſpōſa chriſti. de ſerua diaboli. Secundum eſt ſacramentuꝫ altaris: per quod anima roboratur in preſenti: vt deo vacet per contemplationem. Quod patet figura. 3. Re. 19. de Helia qui iens per deſertum: dormiuit ſub vmbra iuniperi. Cui angelus apparuit di. Surge. comede: grandis enim tibi reſtat via. Moraliter. Quis eſt iſte Helias: Eſt homo qui per viam huius mundi it. ⁊ premitur curis huius mundi. Triſtatur de filijs. de honoribus. de diuitijs. ne eat ad hoſpitale. Quo ſic feſſo, oportet detur ei panis ſacramentalis. Quo refitiato: poſſit ire ad montem paradiſi. De quo pane Jo. 8. Panis quem ego dabo caro mea eſt: pro mundi vita. Unde dicunt Theologi. Qd inter cetera beneficia homini collata: vnū fuit potiſſimum. vz: cōmunicatio corporis ſui. in viaticum ſpirituale quod nobis contulit in die cene. Magnum fuit creare celos. quatuor elementa. aquaꝫ de petra eijcere. mare diuidere. Sed maius. quando in ſacramento ſeipſuꝫ dedit. De conſe. di. 2. c. Nihil in ſacrificijs maiꝰ eē cepit ꝙ corpus ⁊ ſanguis chriſti. Nec vlla oblatio maior hac eſt: ſed omnes precellit. Unde ſm Innocen. triplici ratione in eccleſia repertum eſt. Prima vt ſit iugis memoria paſſionis chriſti. De conſecra. diſti. 2. c. Iteratur hoc myſterium: ob commemorationem paſſionis chriſti. ſicut ipſe ait. Hoc quotienſcūqꝫ agitis: in meam commemorationeꝫ facite. Secunda quia oportet ſemper medicinam eſſe paratam contra quotidiana peccata. Tertia vt anima recreetur cibo ſpirituali. qui in miſſa reperitur. De conſecra. di. 2. c. Utrū. Qr quotidie peccamus: ideo chriſtus quotidie myſtice pro nobis immolatur intra eccleſiam catholicam. Ideo chriſtus Jo. 6. Qui manducat hunc panem: viuet in eternuꝫ. De quo pane: propheta Dauid preuidens ex ſpiritu: dicit. Memoriam fecit mirabilium ſuorū ⁊c̄. Super quo Dominicꝰ Tolo. i verbo Dedit. Octo modis chriſtus ſe dedit homini in ſolatiuꝫ ſui. Primo in filium: pro nobis carnem aſſumendo. Iſa. Puer natus eſt nobis ⁊c̄. Secundo dedit ſe como noſtro compagno: conforмando el naſcer ſuo nobiſcuꝫ. Phil. 2. In ſimilitudinem hominum factꝰ: ⁊ habitu inuentus vt homo. Tertio dedit ſe ſicut magiſter: ꝑ doctrinaꝫ ⁊ predicatiōeꝫ. Jo. 13. Vos vocatis me magiſter ⁊c̄. Quarto dedit ſe ad exemplum bone vite. Unde dixit diſcipulis. Exēplū dedit vobis: vt ⁊c̄. Seguita illum o chriſtiane. qr non poteris falli. Eſt bona guida. Quinto dedit ſe ſicut patrem: per regenerationem. Jo. i. Dedit eis poteſtatem ⁊c̄. Sexto ſicut fratrem. Mat. 12. Quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei: ipſe meus frater ⁊ ſoror ⁊ mr̄. Septimo dedit ſe i holocauſtū. i. Cor. 6. Empti eſtis ⁊c̄. Octauo dedit ſe in cibuꝫ. Jo. 6. Caro mea ⁊c̄. Et Mat. 26. Accipite ⁊ manducate hoc ⁊c̄. Et Can. 6. Comedite amici mei ⁊ bibite. ⁊ inebriamini chariſſimi. De quo cibo. Dan. xi. Purga.

Da ogi a noy la quotidiana manna.
Senza laqual per queſto aſpro deſerto.
A drieto va chi di piu gir ſaffanna.

Et Thō. O res mirabilis manducat dominum pauper ſeruus ⁊ humilis. Quo cibo ſoror angela de fulgineo ordinis noſtri ſuſtentabatur. Que per. 12. ānos de licētia pape: continue hoc ſacramentum ſumebat nullum aliuꝫ cibuꝫ ſumens. Quod ideꝫ dī de Caterina Seſi. Sed merito querit dubium. Qua hora hoc ſacramentum fuit inſtitutum: Reſpondeo ꝙ die iouis: hora completorij. Et rō eſt tali die. qr hoc die virgo obtulit filium ſuum in templuꝫ. Et hoc die xp̄s aſcēdit celos. Et hoc die volucres celi ⁊ piſces maris creauit. Preterea ⁊ hora cōpletorij: qr hac hora: videtur mundus fuiſſe creatus. Quia prima dies dominica. primo facta eſt ex veſpe. 2° ex mane. Gen. i. ⁊ ideo a veſpera incepiſſe putatur. Unde pꝫ hoc ſacramentum fuiſſe neceſſariū. Qd vltimo probatur exemplo Uincentij hiſto: De quodam domino valde grato apud imperatorem Theodoſiuꝫ. Qui ex inuidia falſo ē ſibi accuſatus: ꝙ vellet terras ſuas dare in manu ſaracenoꝝ. Imperator autē inaudita parte: patibulo eſt ſuſpēſus. Die autē tertio cognatus eius pteriē s vt ipm

deponeret

deponeret: clamauit. Deponite me. Quia gr̄a Jesu xp̄i viuo. Conuocato populo ad tam mirum spectaculum. narrauit q̄ quotidie solebat dicere. 5. pater nr̄. Et tot Aue. Tria ad honorem passionis iesu xp̄i: ⁊. 5. vulnerum suorum. cum. 5. venis. Quartū obtuli angelo cui cōmissus sum. Quintum cum venia obtuli corpori xp̄i. ⁊ sacramēto altaris. Quod singulis diebus per mūdū conficitur: vt in fine vite mee: tanto viatico mererer cōmunicari. Uñ vtilitate illius sacramenti in vtroq̄ homine saluus sū. Unde patet primus.

Secundum principale dicitur ⁊c. Innocentius tertius de officio misse. 3. p. c. vlt. Et Alber. li. de officio misse addant. 5. vtilitates huius sacramenti.

¶ Prima. dī glorie adeptio.

¶ Secunda a peccatis preseruatio.

¶ Tertia a periculis liberatio.

¶ Quarta totius boni participatio.

¶ Quinta virtutum augmentatio.

¶ Circa primū ɔclusio est Tho. 3. p. q. 79. ar. 1. Qd sicut xp̄s veniens in mundum cōtulit mundo vitam gr̄e: iuxta illud Jo. 1. Gratia ⁊ veritas: per iesum xp̄m facta est. ita veniens in homine per sacramentum: operatur vitam glorie. Jo. 6. Qui manducat hunc panem viuet in eternum. Preterea idem Tho. addit. Qd illum effectū quem passio xp̄i fecit mundo: hoc sacramētum idem faciat in homine bene disposito. Jo. 6. Siquis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum Et magr̄. 4. di. 4. Nemo suis meritis potuit igredi padisū. Nec circuncisio nec baptismus aperit ianuam regni celestis: nisi hostia salutaris. Ille. Qd patet exemplis. Primo Ugonis de. s. Victo. Qui dum infirmaretur grauiter. ⁊ nullum sumeret cibum: petijt corpus xp̄i. Fratres autem nolētes eum ɔtristari. obtulerunt ei hostiam non consecratam. Quod ꝑpendens cepit clamare. Misereatur vestri deus. Cur me decipere voluistis: Iste non est deus meus. Ut autem obtulerunt ei sacramentum: ⁊ non volens recipere: oculis i celum leuatis. sic orauit. Ascendat fili⁹ ad patrem: ⁊ spūs reuertatur ad deum qui fecit illum. Inter hec verba: animam efflauit ⁊ sacramentū disparuit. Preterea exemplum hilarij episcopi Pictauiensis. cū eēt missus in exilium ab Arrianis in frigiā vltra mare. Filia sua Afra scripsit patri epistolam de Francia: dignaretur dare ei virum. Qui rescripsit q̄ erat ɔtentus: sed expectaret aduentum suum. Reuersus in patriam: filia petit promissum impleri. Respondit pater. Ueni cras in ecclesiam ⁊ eū tibi dabo. Sed prepara te diligenter. Filia in mane contulit se ad ecclesiā. Pater po post consecrationem fecit vocari ante se filiam. Tempus inquit venit filia dem tibi quod promisi. Esne contenta de illo quē tibi dedero: Ero inquit filia. Pater hostiā consecratam obtulit filie. interrogans an esset contenta accipere filium dei pro sponso: Dixit filia q̄ sic. Quo sumpto cecidit mortua ad pedes patris. Et sic ad celum volauit. ¶ Secunda vtilitas ⁊c. De conconse. di. 2. Cum omne crimen atq̄ peccatum: oblatis deo sacrificijs: deleatur. Et Innocen. de offō mis. 3. par. c. vlt°. dicit. Si digne sumatur eucharistia: a malo liberat. ⁊ confirmat in bono. venialia delet. ⁊ cauet mortalia. Que ɔclusio probatur ꝑ Tho. 4. di. 12. Et Jo. 6. Qui manducat me viuit propter me. s. vita gr̄e. Unde Ber. ordinauit q̄ monachi sepe se cōmunicarēt: vt sic a peccatis preseruarentur. Idem legitur de eo. Qui cum predicaret Meli: quedā mulier a diabolo fornicata: per. 6. menses continuos in ꝓprio lecto: viro ignorante. In. 7. autem mense: in se reuersa. expauit q̄ secū teneret demonem. Audiens po aduentum Ber. intimauit ei res. Quo audito. populo audiente ⁊ luminibus accēsis: publice anathematizauit demonem. ⁊ mulieri precepit faceret sepe cōmuniones. Qua nihil meli⁹ contra demonem ⁊ pcā. Qd faciens liberata est. ¶ Tertia vtilitas ⁊c. ps. Panis cor hominis confirmet. Idem. Si ambulauero ⁊c. vsq̄ eo. s. per sacramentum. Exemplum iudei pueri. Qui missus a patre in fornacē. eo q̄ se cōicarat cū alijs xp̄ianis. Liberat⁹ ē virtute illius sacramenti. Et pater exust⁹ est: in eadem. ¶ Quarta ⁊c. Alber. vbi supponit hanc mirabilē ɔclusionē: memoria retinēdā. Qd cū quis digne cōmunicat. fit particeps omniū bonoꝝ q̄ xp̄us operatus est in vita sua. Ieiunando. discurrendo.

orãdo. predicando. lachrymãdo. ⁊ quod
in die paraſceues ſuſtinuit. Preterea parti
cipat de omnibus bonis totius eccleſie: et
omniũ ſanctoꝝ qui ſunt in celo. ¶ Quinta
⁊c. Augmentatio certe oĩuꝫ virtutũ ſit. cha
ritatis. fidei. ſpei. Atteſtãte Th. Qui ad in-
ſtantiã Urbani pape: ſolus in eccl'ia officiũ
de hoc ſcr̃o ꝯpoſuit dicit. Quid precioſius
hoc ꝯuiuio eſſe poteſt. in quo peccata pur-
us. Unum qui carne non tegitur: nec cum
carne moritur. Alium qui carne tegitur: ſz
non cum carne moritur. Tertium qui car/
ne tegitur: et cum carne moritur. Primus.
eſt angelicus ſpūs. Secundus eſt ſpūs hu/
manus. Tertius eſt ſpūs iumentoruz: om/
niūq; brutorum animalium. Ille. Plato in
Timeo. Anima eſt imortalis: et ſm q̄ vice
rit paſſiones vel victa fuerit: premiabitur
vel punietur: poſt hāc vitam. Sal. in prolo
go iugurti. Ingenia et egregia facinora: ſic
anima imortalia ſunt. Lucreti⁹. Redit idē
retro de terra quod fuit ante. Sed qd miſ
ſūm eſt ex etheris oris. Id rurſum celi ful/
gentia templa receptant. O q̄ confundi de
berent xpiani negantes imortalitatem ani
me: quando et ipſi philoſophi gentium: ver
bo et opere animam nunq̄ mori taz lucidiſ
ſime teſtati ſunt. Tertia cōclo eſt: q̄ ē de
nihilo facta. Cōtra Manicheū qui dixit
ipſam factam de ſubſtantia dei: vt ponit
Magiſter. 2. di. 17. Et contra Menandrū
qui dixit eſſe de ſubantia angelorum. Qd
eſt falſuz: q̄ de nihilo creata eſt. Unde Au
gu. li. ſupra. Creat deus animas ſingulorū
per ſe: de nihilo. Si de nihilo: ergo non de
ſubſtantia dei. Quarta concluſio quia a
deo creata. Contra Platonē q voluit om
nes animas fuiſſe ab eterno. Contra fidez
locutus et contra phm. Primo contra fidē:
que nihil confitetur eternum: niſi deuz. Et
contra Ariſtote. qui non dixit intellectum
eſſe eternum: ſed perpetuuz. Secūm Alber.
x. c. Compendij. Differentia eſt inter tem/
pus. eternum et perpetuuz. Tempus habz
principium et finem. Eternum quod habet
principio et fine. Perpetuum quod caret
principiū: ſed non finē. Anima noſtra eſt p
petua: quia habz principium: ſed caret fi/
nē: q̄ ſemper erit. Quinta concluſio eſt.
Ad beatitudinem conſequendam. Teſte
Aug. Fecit deus rōnalē creaturā vt ſūmū
bonum intelligeret. intelligendo amaret.
amando poſſideret. poſſidendo frueretur.
In principio Conf. Feciſti nos domine ad
te: et inquietum eſt cor noſtrum: donec requie
ſcat in te. O excellētia ſingularis hui⁹ ani/
me. Cum ergo ſit ita mirabilis. Qr dubiuz
a Theologis. Cur deus corpori fetido. paſ
ſibili. et ſubgeto omni miſerie voluit hanc
animam iungere: Cuz dicat philoſoph⁹. 4.
phyſi. q̄ locus et locatum debent eſſe pro/
portiōata? Ad quod dicit Magiſter. 2. di.
1. Et Tho. 3. di. 3. Qd hoc actum eſt duplici
rōne. ¶ Primo rōne ordinationis. ¶ Se/
cundo accumulatiōis. Primo ꝛc. Qr ordo
vniuerſi

vniuerſi hoc requirit. Cum dicat philoſo-
phus vndeci. Metha. Bonum vniuerſi in
ordine ꝯſiſtit. Deus creauerat naturā āge
licam puraꝫ:creauerat nāꝫ ſimplicē mālē.
Reſtabat ad ordinem vniuerſi: vt faceret
mediam creaturam.ſ. hominem cum corpo
re qui participet de vtroqꝫ. De ſpirituali q̄
ad animam. De corporali:quoad corpus.
Ideo corpori ipſam vniuit. Unde Aug.2.
conf. Duo feciſti domine:vnum pro te: ⁊ ali
ud prope nihil. Secundo rōne ⁊c. vt glori
oſius coronaretur. q2 ſic plus meretur cum
corpore:q̄ꝫ ſine. Q2 quanto difficultas ē in
operatione:tanto plus meretur. Anima in
corpore vexatur a mundo. In mundo preſ
ſuram habebitis. A carne. Caro concupi-
ſcit ⁊c. A diabolo. Aduerſarius veſter
⁊c. Hiero. ad Euſto. In carne preter carnē
viuere:angelicum eſt non humanū. Unde
Tho.2.di.9. dicit ꝙ homo plus pōt mereri
in corpore:q̄ꝫ angelus. Et ratiōe difficulta
tis:que eſt in homine ⁊ nō in angelo. Et ra
tione longiturnitatis. q2 angelus vnico ac
tu meruit paradiſum:homo autem pluri-
bus. Et merito paſſionibus chriſti:que infi
nite operatur pro homine: ⁊ nō pro angelo.
Non immerito:q2 eſt eterni regis filia. Qd
patet figura. de quodam rege qui habens
pulchram filiam:dedit cuidā ſuo militi vxo
rem hoc pacto. ꝙ ſi incurreret infirmitatem
aliquam:amitteret caput. Conduxit auteꝫ
illam in ciuitatem propriam. Quam ingreſ
ſa:q2 erat ibi aer corrupt⁹ leproſa facta ē.
Contriſtatur autem miles ⁊ timens iraꝫ re
gis. habuit obuium quendam medicum.
Qui tria remedia pro ſanitate recuperan-
da dedit. Primum omni hebdomada ſe-
mel ingrederetur viridarium cauſa ſpaci-
andi. Secundum: ſumeret tales herbas
⁊ faceret electuarium. ⁊ bis mane ⁊ ſero an
tequam iret dormitum comederet. Terti
um lauaret ſe aqua fontis qui erat in viri
dario. Quod ⁊ fecit ⁊ ſanata eſt. Morali-
ter. Iſte rex: eſt deus. qui filiam habet pul
chram. idest animā. Unde philoſophus .16.
de animalib⁹. Anima eſt nobilior omni cor-
pore ⁊ omni poſſeſſione. Super omnia pul-
chrior. Unde archiepiſcopus florentinus.1.
par.c°.2°.§.3°. Anima eſt angelis pulchri-
or non ratione ſui:ſed inquantuꝫ eſt deifica-
ta idest deitati vnita in verbo. Quam mili
ti idest corpori coniunxit. Ubi incurrit infir
mitatē:quia terra corrupta. Corrupti ſunt
oculi. Sene. libro.5. cauſarum. Oculi noſtri
ſunt irritamenta malorum. Tren.3. Ocul⁹
meus depredatus eſt animam meam. Au-
res corrupte. Eccleſia.28. Sepi aures tuas
ſpinis: ⁊ facito ſeras auribus tuis. Corrup-
ta lingua per infamiam. Unde leproſa fit.
Sed medicus militi obuius venit. De quo
Augu. Magnus de celo venit medicus:q2
per totum mundum magnus iacebat egro
tus. Qui tria documenta militi dedit vt a-
nima lepra ſanetur. Primum omni heb-
domada ſemel idest die dominico ingredi-
atur viridarium:ad contemplandum deuꝫ.
quantum ſit magnus. quantum potens. q̄ꝫ
tum bonus. Secundum remedium:vt co
medat ⁊ reficiatur orationibus mane ⁊ ſe-
ro. Que ſūt tres. Prima oratio dominica
lis:que excedit omnes orationes. Secun-
da:el Credo. De conſe. di.2. Symbolū.
Tertia: Aue:que facta eſt a trib⁹. Ab an
gelo. Aue gratia plena. Ab Heliſabeth. Be
nedicta tu in mulieribus ⁊c. Ab eccleſia.
Sancta maria ⁊c. Tertium vt ſe lauet la-
chrymis compunctionis. Matth.5. Beati
qui lugent. quoniam ipſi ⁊c. Unde Aſcula
nus noſter.

Conuien chal lachrymar lalma conſenta
Alſochi triſti per lancluſa dolia:
Chel iuſto pianto ſo quanto contenta,
Et ſic patet primum.

s Ecundum dicitur ⁊c. Qualis eſt
hec anima: Rn̄det deus per Moi
ſen Gene.1°. Ad imaginem noſtrā.
Exponunt hebrei hoc verbum Faciamus
hoiem ad ⁊c. ꝙ fuit verbuꝫ dei ad āgelos.
Nos ſcilicꝫ Pater. filius. ſpiritus ſanctus.
Unde primum miraculum quod deus fe-
cit poſt productionē creaturarum. fuit for-
matio corporis humani: q̄ fuit abſqꝫ mini-
ſterio angeloꝝ. qui fuit preter ordinem na
ture:ſola diuina virtute. Nota ſecundum
Theologos.2. diſt.16. Tho.1. par.q.93. Tri
plex eſt creatura. Una que nec eſt ad ima
ginem dei. nec imago dei.ſ. creatura irratio
nalis:ſed dicitur vegiſtium dei. Alia q̄ non
eſt ad imaginē:ſed imago dei:vt filius dei.
Colo.1°. Eſt filius dei imago inuiſibilis. Et

hõe propter idẽptitatẽ nature. Unde Am
broſius ſuper illud Deus quis ſimilis erit
tibi. Nullus vtiq;. Quia imago patris eſt
filius. vt ponitur de pe. di. i. c. Importuna:
Alia eſt creatura q̃ eſt imago dei: ⁊ ad ima
ginem dei. Quis eſt hic: Reſpondeo ꝙ hõ.
O vaſo de preclari ſpiriti. O ornamento
decoro padiſi. Que imago ẽ ſm naturã in
tellectualẽ. Imago ſm Theo. i tribꝰ ꝯſiſtit.
¶ Primo. in dignitate.
¶ Secundo. in proprietate.
¶ Tertio. in entitate.
Primo ⁊c̃. Quia ſicut deus eſt dominuſ
omniũ. pſ. Domini eſt terra. Et in Symb.
Viſibiliũ ⁊ inuiſibiliũ. Et Heſter. 13. Dñs
vniuerſorũ tu es. Ita homo eſt dominus
huius mũdi. Geñ. 2. Dñamini piſcibus ma
ris ⁊ volatilibus celi. ⁊ vniuerſis animanti
bus que mouentur ſuper terram. pſ. Con
ſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum.
Unde in ſignum huius homo fuit creatus
poſt creationem ceterorum animaliũ. Iõ
apoſtolus. p̊. Corin. 3. Omnia enim noſtra
ſunt. Aug. ſuper Geñ. ad litteram. Omnia
fecit deus ꝓpter hominem: hoiẽ autem ꝓp
ſeipſum. Et Plato in Timo. Bonitas dei:
cauſa fuit factionis mundi propter homi
nem. In. p°. Politi. Natura fecit animalia
propter hominem. Unde philoſophus cõ
ſtrictus eſt dicere in. 2. phi. Et. 2. de anima.
Finis quodãmodo omnium eſt homo. Et
Lact. libro de ira: Sicut mundum deus ꝓ
pter hominem machinatus eſt: ita ipſum ꝓ
pter ſe tanq̃ diuini templi antiſtitẽ: ſpecta
torem operum rerũq; celeſtium. Unde ho
mo eſt alter deus. Secundo in proprie
tate. Quinq; proprietates habet deus: vt
ponit Th. 3. diſ. 3. quas ⁊ homo hʒ. Prima
eſt: ꝙ deus eſt vnus in eſſentia. Exo. 2. Do
minus deus tuus: vnus eſt. Et anima. vna
eſt in eſſentia. Secunda ſimilitudo: qr deuſ
eſt trinus in perſonis. Jo. 6. Tres ſunt. qui
teſtimonium ⁊c̃. Ita ⁊ anima noſtra. eſt tri
na in potentia. Memoria. intelligentia. vo
luntas. In hoc ſolum diſſimilantur: quia
tres perſone diuine ſunt deus: ſed potẽtie
anime non ſunt eſſentia anime: ſed vires ip
ſius ab ea fluentes. Tertio deus eſt imor
talis. p. Timotei. p°. Regi ſeculorum im
mortali. Et anima noſtra immortalis eſt.
Quarto eſt inuiſibilis. Jo. p°. Deũ nemo
vidit vnquã. Et anima noſtra inuiſibilis.
Quinto deus eſt vbiq;: potentia. eſſentia.
preſentia. ſm Tho. i. par. q. 8. ar. 3. Et magi
ſtrum in. i. di. 37. Jere. 18. Celum ⁊ terram
ego impleo. Tamen principaliter eſt in ce
lo empyreo. Sic anima noſtra ſm Augu.
6. de Trini. c. 6. eſt tota in toto. ⁊ tota in q̃
libet parte: tamẽ determinate eſt principa
liter in corde. dum virtutem influit toti cor
pori. Tertio conſiſtit in entitate. Quia ſi
cut in deitate ſunt tres perſone in vna eẽn
tia. Sic in vnica anima ſunt tres potentie
equaliter ſe habẽtes. ſ. pater. filius. ſpũs. ſ.
Nam ſicut pater generat filium. Et pater
⁊ filius ſpirant ſpũs. ſ. Sic memoria que ẽ
prima potentia anime intellectiue generat
intellectum: qui eſt ſecũda. Unde dicit Au
gu. ꝙ memoria eſt mater intelligentie. In
telligentia enim nihil cognoſceret niſi me
moria ſibi influeret. Et ſicut ſpũs. ſ. produ
citur a patre ⁊ filio: ſic voluntas que eſt ter
tia potentia producitur a memoria ⁊ intel
ligentia. Volũtas enim nihil vellet: niſi me
moria ⁊ intelligentia ſibi preſentarẽt. Et de
us dedit anime hanc imaginẽ vt in ea tan
q̃ in domo per quandam appropriationẽ
habitaret. Pater eniʒ habitat in memoria
per continuam recordationem beneficioꝝ
ſuorum. ſ. quia dedit nobis eſſe. pſ. Ipſe
fecit nos ⁊c̃. Dedit nobis bene eſſe. ſ. gratiã
pſ. Gratiam ⁊ gloriam ⁊c̃. Dedit nobis tẽ
poralia. pſ. Oculi omniũ ⁊c̃. vſq; benedi
ctione. Dedit nobis filium ſuũ. Jo. 3. Sic
deus dilexit ⁊c̃. Dedit nobis regnum ſuũ.
Mat. 25. Poſſidete paratum vobis regnũ
ab origine m. Dedit nobis corpus ſuũ in
refectionem. Mat. 26. Accipite ⁊ comede
te. hoc eſt ⁊c̃. Pater per taliũ beneficio
rum recordationem habitat in memoria
noſtra. pſ. Hic habitabo: quoniã elegi eã.
Filius habitat in intelligentia: per ſapien
tiam: cũ ſit ſapientia patris. Hec ſapientia
conſiſtit in duobus. ſ. in cognitione dei. ⁊ co
gnitione ſui. Unde Aug. dicit. Domine deus
nouerim te: nouerim me. Nouerim te q̃tite
ſis maieſtatis vt timeam te: quante digni
tatis: vt adoreʒ te. q̃te bonitatis vt ſperem
in te. Nouerim me. q̃te ſim fragilitatis.
q̃te vilitatis. q̃te iniquitatis: vt digne poſſis i
me habitare.

me habitare. vt merito de me dicatur. Sa-
pientia edificauit ſibi domum. Spiritus
ſanctus habitat in volūtate per dilectōem.
Unde poſtq̄ chriſtus dixit Jo.14. Si quis
diligit me: ſmōez meū ꝛc. ſubdit. Ad eū ve
niemus: ꝛ manſionem ap. e. ſa. ſ. p charita-
tem. Eſſendo aīa tā ſublimis ꝛ ad ſimilan-
zam illius ſūmi mōarche di plaſmata. ꝛ al
bergatrix tāti hoſpitis dei. nulla res poteſt
ipſam quietare. niſi ipſe ſolus. Unde Ber.
ſmōe de dedicatione eccleſie. Ad imaginē
quippe dei facta eſt anima rationalis. cete
ris creaturis occupari poteſt: repleri anteꝫ
nō poteſt. Prattica. Una vice diſpoſuit ds
inuenire hominem ſecundum cor ſuū: ſed
inter homines vnum ſolū repperit. ſcilicet
Dauid. p̄. Reg.14. Queſiuit dominus vi-
rū iuxta cor ſuū. Quo inuento. Pete a me
inquit dns quod vis. A quo quinq3 petijt:
Primo petijt nobilitatē. Qua habita dixit
ei deus. Eſne contentus: Non domine. Da
mihi ſecundum. ſcilicet vxorem pulchraꝫ.
Cui dedit Micol. Dedit ꝛ tertium. quia fe
cit eum capitaneum. Dedit ꝛ quartum. q2
victoriam contra philiſteos. Dedit ꝛ quin
tum ſcilicet regiam dignitatem. Cui deus.
Eſne contētus: Reſpondit non. Sed ſaci-
abor. cum appnerit gloria tua. Ideo Ber.
Repleri autem non poteſt. Et Augu. i prin
cipio Conf. Feciſti nos domine ad te: ꝛ in
quietum eſt cor noſtrum. donec requieſcat
in te. Propter hanc deus mundum fecit.
Jn.2°. de anima. Finis quodāmodo oiuꝫ:
eſt homo. Propter hanc factū eſt celū em-
pyreum. Jn.2°. di.2. Celū empyreū potius
eſt pro aīa: q̄ pro angelo. Propē hanc xp̄s
tādē mortuus eſt. Qd ꝯſiderans Ugo lib.
de arra ſponſe ait. Reſpice vniuerſum mū
duꝫ iſtū ꝛ ꝯſidera ſi aliquid in eo ſit quod
tibi nō ſeruiat. Ois natura ad hunc finem
dirigit curſum ſuum vt obſequijs tuis fa-
muletur ꝛ vtilitati deſeruiat tuiſq3 oblecta
mentis pariter ꝛ neceſſitatibus ſm affluē
tiam indificientem occurrat. Hoc celū. hoc
terra. hoc mare. hoc aer cū his que ſunt in
eis vniuerſis: expellere non ceſſant. Jlle. O
anima ergo nobilis. O anima delicata: vi-
de dignitatē tuam: q̄ nulla nulla res quan
tūcūq3 precioſa poteſt ſaciare ꝛ eſſe ſufficiēs
infinite capacitati tue. Unū p3 ſecūdū.

T Ertium principale dicitur nobilita-
tis. ps. Uenite ꝛ audite ꝛ narrabo
ꝛc. Quid fec: Quomodo ipſam no
bilitauit: Reſpondeo. Jn tribus.
¶ Primo. eam cuſtodiuit.
¶ Secundo. eam redemit.
¶ Tertio. eam ſublimauit.
¶ Primo ꝛc. Res magne: cum magna dili
gentia cuſtodiunt. Unde theſauri ſub mul
tis clauibus cuſtodiunt. Cuſtodit autē ds
animas ꝛ cuſtodit per angelos. Hierony-
mus ſuper Mat. Magna dignitas anima
rum eſt: vt vnaqueq3 ab ortu natiuitatis
ſue: habeat angelum in cuſtodiam delega-
tum. Unde eā ſolam angelis cōmendauit.
Quando enim creat vnam animā: poſtea
ſubito mittit angelos vt eaꝫ defendant ab
incurſu demonum. Sed quero quo tempo
re datur angelus: Reſpondeo cum duplex
ſit natiuitas: vt patet de conſe. di.4. c°. Fir
miſſime. Una ſcilicet i vtero: cū anima cor-
pori infunditur. Alia extra vterū. Quidaꝫ
voluerunt q̄ angelus datur in prima: cum
infunditur corpori. Que opinio fuit Bona.
2. di. xi. Sed cōmunis opinio eſt. q̄ ſtatim
natis datur: vt tenet magiſter. 2°. di. xi. c°. 1.
Sed quare non datur in vtero ad cuſtodi-
am: Reſpondet Tho. i. par. q. xi. ar. 6. Qd
cum tales pueri ſint adhuc aliquid matris
cuſtodiūtur ab āgelo matris. Sicut fructus
arboris exiſtēs in arbore: eſt aliquid arbo-
ris. Qui cuſtodit arborem patet q̄ etiam
fructus. Unde ille angelus qui cuſtodit ma
trem: cuſtodit etiam filiuꝫ. Que opinio ve
rior videtur. ¶ Secundo eam redemit pro
prio ſanguine. Clarum eſt: q̄ de perditione
rei vilis. parum dolet homo: ſed de perdi-
tione rei precioſe multum affligitur. Ad p̄
poſitum. Nihil precioſius in humanis ani
ma noſtra. que valet ſuper omne aurum.
Bernar. libro medita. Totus iſte mundus
ad vnius anime precium eſtimari non po-
teſt. Et Auguſti. Maius damnum eſt in
amiſſione vnius anime: quam mille cor-
porum. Jlle. Qua perdita tantum doluit
plus Jeſus: vt pro eius redemptione ab i-
mortali ꝛ incomprehenſibili diuinitate: in-
carnari voluit ꝛ formā ſerui aſſumere ꝛ tā
dē mori. Unī eccl'ia. Qui condolēs interitu
ꝛc. Et Augu. ſuper Jo. Nulla cū fuit veni-

endi xp̄o domino: niſi peccatores ſaluos fa/
cere. Et Eccleſia. Nec abhorres peccatores:
ſine quibus nunq̄ fores: tanto digna filio.
Nam vt dicit Tho. 3. p. niſi fuiſſet peccatū:
non eſſet incarnatus: q̄uis Alexander di/
cat oppoſitū: q̄ veniſſet ſicut glorificator: ⁊
non vt redemptor. Et in ſignum huius in/
carnatiōis p̄ ſalute aīe: viſus eſt flere: ride
re nūq̄. Non fleuit p̄ mūdo: ſ; pro te aīa.
Neq; flebit pro deſtructione mundi. ſed be
ne pro aīa noſtra. Fleuit in natiuitate. In
circunciſione dans principiu; nr̄e redēptio
nis. Fleuit ſuper hierl'm. Fleuit ſuper La/
zarum. fleuit ſuper crucem. Quid dicis o
Paule: Heb. 5. Cum clamore valido ⁊ la/
chrym's offerēs. Clamauit quando dixit.
Pater ignoſce illis. Quod verbu; fuit tāte
pietatis: q̄ 5000. ſunt conuerſi. Secundo
cum lachrymis: quando dixit. Hely hely.
Lamazabathani. Quare dixit lamazaba/
thani. i. dereliquiſti me: Dereliquit eū de/
us. ⁊ omnia alia ſubſidia: propter ipſam
animam. Dereliquerunt angeli apoſtoli.
marie. iudei. gentiles. O quantos labores
ſuſtinuit. orando. vigilando. ieiunando. tā/
dem moriēdo. Ideo apl's. p̄. Cor. 6. Empti
eſtis ⁊c̄. Quo o Paule: Argento: Auro:
Nō. ſed precioſo ſanguine xp̄i. O theſau/
rum infinitum. Qui fuit maioris meriti in
infinitum: ſanguine omnium martyꝝ. Vn̄
Ber. Sublime eſt anime precium: que non
niſi ſanguine xp̄i redimi potuit. Quā ergo
cōmutationē dabis pro anima tua: qui pro
nihilo das illam: Impero eccleſia de pe. ⁊
remiſ. c. Cu; infirmitas. precipitur medicis:
ne aliquid conſulant pro corporali ſalute
egroto. q̄ ſit in periculum anime: vt etiam
p; de conſe. di. 6. c. Contraria. Exemplum
vſurarij. a quo dū quereret ſacerdos de ſa
lute anime. dicebat. Quantum valet gra/
nu; in platea: Clama contra peccata. Q2
hō p̄ vno ſolido: aīam ſuam damnaret.

¶ Tertio ea; ſublimauit in nobiliſſimo lo
co. Vbi: In mundo: Non: q2 eſt animaliū
locus. In paradiſo terreſtri: Non: q2 locus
ſolitarius eſt. Sed vt dicit Tul. li. de Ami
citia. Natura nihil ſolitariu; amat. Et ph̄s
6. Eth. hō ſolitarius: aut deus eſt: aut be/
ſtia. Reſpondeo q̄ diuina prouidētia. Pri/
mo poſuit terra;. Sc̄do aquam. Tertio ae/
rem. Quarto ignem. quem propter calidi/
tatem longe a nobis collocauit. Demum
poſuit. 7. planetas. Et primo celum ſtella/
tum. celum cryſtallinum. vltimo celum em
pyreum. in quo animam collocauit. vt ſimi
cum angelis laudaret deum. Qui potius
ē pro aīa: vt ponit magr̄. 2°. di. 2. Et quia
forte aīa potuiſſet dubitare de hoc loco v:
hēbit. Ideo ei ſignor in hoc mundo ipſam
ſecurauit omnibus illis vijs: quibus aliqs
ſolet ſecurare aliū. Et hoc fit trib⁹ modis.

Primo via iuramenti: quia iuramento
ſe aſtrinxit. O deus: quid eſt hoc quod au
dio: Gen̄. 22. Per memetipſum iuraui di/
cit dominus: quia benedicens benedica;
tibi. benedictione. ſ. gratie in preſenti. ⁊ glo
rie in futuro. Si ergo per viam iuramenti
promiſit: iuramentum debet ſeruari: vt pa/
tet. 22. q. i. c. Clericum. Et in Clementinis
de iureiurando. Et extra de iureiurando
c. Et ſi chriſtus. Et de conſe. diſtin. 2. c. Ego
Bellengarius. Et. ff. de iureiurādo. §. Iuſ/
iurandum. Ideo oportet det paradiſu; q2
iurauit. ergo paradiſus erit noſter. Se/
cundo via inſtrumenti: quod fuit Euange/
lium dictatum p̄ ſpiritu; ſanctū in quo pa/
radiſum promiſit. Factum per notarios fi
deles. ſ. primo per Mat. qui omnia audi/
uit a chriſto. Secundo per Marcum. qui
omnia a Petro audiuit. Tertio per Lucā:
q̄ oīa a Paulo habuit. Quarto p̄ Ioannē
q̄ omnia a pectore diuino hauſit. Quod i/
ſtrumentum fuit publicatum per teſtes fi/
deles. ſc; per. 12. apoſtolos. Act. 4°. Eritis
mihi teſtes in hieruſale; ⁊c̄. Tertio via
pignoris. Quando non ſufficit iuramentū
⁊ inſtrumentum: accipe anima cara pignus
ſ. corpus ſuum. Mat. vltimo. Ecce ego vo/
biſcum ſum omnibus diebus ⁊c̄. quod fit
in ſacramento altaris. O chriſtiane quid
amplius facere debuit: Non fecit taliter
omni nationi. Non angelis. non cherubi/
nis. non ſeraphinis. Videns ergo diabolus
gloriam huius anime: motus inuidia non
ceſſat eam pluribus modis vexare: vt in
peccata cadat. Et quāuis eius pena acci/
dentalis augeatur. quotiens eam in mor/
tali cadere facit: tamen vellet eam vt ad
infernum

infernum deducat. Legitur in Cronica ordinis: ꝙ diabolus dixit beato Dominico. ꝙ valde delectabatur in perditione vnius anime ⁊c. Volens autem deus ipſum pacificare dixit. Volo tibi dare terram in tuum dominiū. Reſpondit diabolus. Nolo arare. Dabo aquam. Ille. Nolo nauigare. Dabo aerem. Nolo inquit volare. Ignem. Nolo comburi. Celum ſtellatum. Nolo inquit laborare voluendo illud. Celum criſtallinū Reſpondit. O nimis eſſem prope te. Cui dixit dominus. Quid ergo vis mala beſtia? Nihil aliud inquit: niſi animas. Cui dominus. Abſit o mala beſtia. dē illā tibi quā feci ad imaginem meam. quā recuperaui ſanguine filij mei. Ideo Job. 2. dixit. Ecce omnia in manu tua ſunt: verūtamen animam illius ſerua. Unde o homo ſerua illā. Eccleſiaſtici. 2. Fili in manſuetudine conſerua animam tuam. Deutero. 4. Cuſtodite ſolicite animas veſtras. Que preponenda eſt corpori. 12. q. i. c. Precipimus. Et. C. de penis. l. Sancimus. Et extra de pe. ⁊ re. c. Cum infirmitas. Anima eſt nobilior omni corpore. ⁊ anime bonum prefertur omnibꝰ bonis. Ecce quot ille pius deus fecit pro hac anima pellegrina: Ideo Bernar. ſuper Lauda anima ⁊c. Expergiſcere ⁊ lauda. exulta ⁊ gaude: qꝛ inſignita es dei imagine. decorata ſimilitudine. capax rationis. particeps eterne hereditatis. O dura corda. qd facitis? Cur ſalutem huius anime negligitis? Audite xp̄m dicentem. Mat. 16. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundū lucretur. anime ꝟo ſue detrimentū patiatur? Aut quā dabit homo cōmutationem pro anima ſua? Queramus ergo ⁊ nos ſaluare illam: vt viuat cum xp̄o: hic per gratiam. ⁊ in futuro per gloriam.

¶ Feria. 3. Pēthecoſtes. De cognitiōe gratie ſpūs ſci. vel de cognitione predeſtinati.

ORauerunt pro ipſis: vt acciperent ſpm̄ ſanctum. Act. 8. ¶ Eſt trita ⁊ vulgata ſententia omnium theologantiū. ꝙ ille pius ⁊ dulcis pater noſter Deus: hominē fecit ad finem vite eterne. Sed ex peccato veluti animal fuit expulſus. locatus ⁊ poſitus in hac valle miſerie. Unde. pſ. Homo cum in honore eſſet ⁊c. De qua animalitate apoſtolus. i. Cor. 2. Animalis homo non percipit que ſunt ſpūs dei. Sed volens reuerti ad priſtinum locum: oportebat incedere per virtutes. Unde Lactan. in. 6. c. 3. ⁊. 4. Due ſunt vie per quas humanam vitam progredi neceſſe eſt. Una. ſ. que ad celum ferat: altera que ad inferos deprimat. Quas ⁊ poete in carminibus ⁊ ph̄i in diſputationibus ſuis induxerunt. Et alteram quidem virtutum eſſe voluerunt. alteram ꝟo vitiorum. Ille. Via eundi ad infernū ⁊ paludem ſtygiam: lata ⁊ perfacilis ē. In 6. Enei. Facilis deſcenſus auerni. Et ph̄us 2. Eth. Malum eſt facile. bonum ꝟo difficile. Via eundi ad paradiſum: eſt difficilis. Mat. 7. Arta eſt via que ducit ad vitam. Sed in fine remanet anima cōſolata. Unde ⁊ Ariſtoteles ſolebat dicere. ſi como pōit Laertius. Studiorum liberalium amare ſūt radices: fructꝰ ꝟo dulces. Et Sen̄. Sola virtus preſtat gaudium perpetuum ⁊ ſecurum. In. 9. Ethi. Beatiſſima eſt vita virtuoſorum. Sed in hac vita poſuit iuſtitiā. temperantiam. patientiam. fidem. caſtitatē abſtinentiam. concordiam. ſcientiam. veritatem. ſapientiam. ⁊ al's virtutes. Sed ſimul cum his. paupertatem. ignominiam. laborem. dolorem. affani. ⁊ amaritudines omnes. Camina anima cara. ſi potes. Inter alias virtutes ſūme neceſſarias. apoſtolus poſuit charitatem ⁊ gratiam dei: ſine qua nihil fit. i. Cor. 13. Si linguis inquit hominum loquar ⁊ angelorum: charitatem autem non habeam: factus ſum velut es ſonans aut cymbalum tinniens. Ille. Si linguis hominum loquar. Chi in mundo fuerunt oratores. M. Ciceronis. M. Antonij. Julij Ceſaris. Titi liuij. Platonis. Demoſthenis. Carmedis. Lyſie. Orphei. Si linguis hominum. Latina. greca. hebraica. Et angelorum: illo modo quo loqtur vnus angelus alteri: illi notificando conceptum ſuum. Charitatem non habeam. i. gratiam ſpūs ſancti: factus ſum ⁊c. Eſſendo adunꝗ coſi neceſſaria: ideo apoſtoli qui erant

hieroſolymis audientes ꝙ Samaria rece
piſſet verbum dei: orauerũt vt deus ⁊ gra
tiam ſuam eis donare dignaretur. Ut di-
cunt verba aſſumpta. Orauerunt ⁊c. In q
bus verbis diſputabimus ad propoſitũ oc
currentis ſolẽnitatis ſpũs ſancti. vnicã con
cluſionem. que eſt. Utrum cognoſci poſſit
aliquẽ ſcire in ſe habere hanc gratiã ſpũs
ſancti. Circa hoc Theologi. ꝑcipue Tho.1.
2.q.112. In.3.di.23.ar.2. In.4.di.9. Ric. in
4.di.14.ar.9. dicunt ꝙ triplex eſt cognitio:
que erunt tres partes noſtri ſermonis.

¶ Prima. dĩ cognitio naturalis.

¶ Secunda. dĩ cognitio diuinalis.

¶ Tertia. dĩ cognitio coniecturalis.

Circa primum. Queritur dubium.
c Utrum homo poſitus in hac vita
poſſit cognoſcere naturali cognitio
ne ſe eſſe de numero predeſtinatorum: ⁊ in
gratia dei: Ad hoc fuerunt due opiniones.
Una dicit ꝙ ſic. Et ratio huius eſt. Sicut
homo poteſt cognoſcere ſe eſſe in peccato ꝑ
remorſum conſcientie: ita poteſt ſcire ſe ha
bere gratiam dei ex quadã dulcedine mẽ
tis per experientiam. Exemplum apoſtoli
di. de ſe. Et gratia ei⁹ in me vacua nõ fuit.
Unde Paulus ſciuit, ergo videtur ꝙ homo
poſſet cognoſcere ⁊c.

¶ Alia opĩo dicit ꝙ non. per illud Job.9.
Si ſimplex fuero: hoc ipſum ignorabat ani-
ma mea. Igitur homo ſcire non poteſt.

¶ Ad concluſionẽ. Reſpondeo ſꝫm docto.
Qꝺ nemo poteſt ſcire certitudinaliter ſe eẽ
de numero ſaluandorũ, ⁊ habere in ſe gra
tiam dei. ⁊ recepiſſe ſpũm.s. Quod probat
quadrupl'r. Rõne. Auctoritate. Exemplo.
Figura. Primo rõe. Concl'o eſt phi. li° de
ſenſu ⁊ ſenſato. Qꝺ nihil eſt ĩ intellectu qn
prius fuerit in ſenſu. Exemplum de figura
ad oculum. De cibo ad guſtum ⁊c. Et. p°.
Poſte. Omnis doctrina ⁊ omnis diſciplia:
ĩtellectiua: ex preexiſtẽti fit cognitione. No
ta ex preexiſtenti cognitione. i. ſenſus. Con-
tra Platonem qui voluit animam noſtram
in ſua creatione: eſſe plenam omnibus ſci
entijs. Et in.2. Poſte. Deficiẽte aliq̃ ſenſu
neceſſe eſt deficere ſcientiam propriorũ ſẽ-
ſibilium. Idem. Omnis noſtra cognitio or
tum habet a ſenſu. Ad propoſitũ. Queris
anima cara a me. Si potes ſcire te eſſe in
gratia dei cognitione naturali: Reſpõdeo
ꝙ non. Ratio. Qr gratia dei eſt ſpiritualis
nec ſubijcitur alicui ſenſui. Non viſui: qr
non eſt colorata. Non guſtui. ꝙ non mate-
rialiter ſaporoſa. Et ſic de ſingulis. Et om-
nis noſtra cognitio ⁊c. Igitur ſciri non po-
teſt. Ideo apoſtolus.2. Cor.2. Que ſũt dei:
nemo nouit niſi ſpũs dei. Quod clarius de
clarat Salo. Eccleſiaſtes.9. Sunt iuſti atq̃
ſapientes ⁊ opera eorum in manu dei. ⁊ ta
men neſcit homo vtrum amore: an odio di
gnus ſit. ſed omnia in futurum ſeruantur
incerta. In qua auctoritate pꝫ ne exemplũ
b. Conſtantij de Fabriano. Cum interroga
retur cur non letus incederet ſed triſtis per
conuentum. cũ tamen eẽt homo auſterus.
Reſpondit cum lachrymis. Ignoro fratres
an opa mea ſint grata altiſſimo. Iõ Pau-
lus.1. Cor.4. Nihil enim mihi conſcius ſuꝫ
ſcꝫ alicuius peccati mortalis. Non ſupbie:
qr erat humiliſ. Non luxurie: qr erat virgo:
⁊ tñ de ſe clamat. Et non in hoc iuſtifi. ſuꝫ.
Si Paulus vas electiõis: ⁊ predicator gẽ-
tium. Qui raptus ad tertium celum vbi vi
dit archa diuina. Qui a xp̃o vocatus ĩ for
ma corporea: tamen non audet ſe extolle-
re ſed dicit. Qui iudicat me dominus eſt:
quanto magis peccator qui multis peccatiſ
plenus eſt. dꝫ ſtare ĩ timore: Unde Dauid.
Delicta quis intelligit: q.d. Nemo. Ab
occultis munda me d. Non te leuar in ſup
bia o citadino. o mercator. o vidua. o ma-
ritata: ſed ſta in timore. Qr incertus es de
propria ſalut. Ideo Eccleſiaſtici.6. De ꝓ-
pitiatu peccatorum: noli eſſe ſine metu. Ec
cleſiaſtici.26. Btũs cui donatum eſt habe-
re timorem domini. ps. Seruite domino in
timore. Et Meſue.2. grabadin. Totus igi
tur dei timor ꝑueniat in te ⁊ ꝑncipiet oper
ra tua: ⁊ felicitabit te. Quia vt dicit Tho.
in ꝓemio Job. Nihil eſt enim quod tm̃ re-
uocet a malis ⁊ inducat ad bona: quantũ
dei timor. Ille. Et dato. ꝙ homo eſſet poſi-
tus in gratia ⁊ certus eẽt de propria ſalute
adhuc habet cauſam timendi. Et ratio eſt
Th. ꝑ.2. q.109. ar.x. vbi dicit. Poſtq̃ aliqs
eſt in gratia poſitus ⁊ per gratiam dei iuſti
ficatus: neceſſe habet petere a deo donum
perſeuerãtie: vt. ſ. cuſtodiatur a malo vſq̃
in finem. Nam multis datur gratia: qbus
non

non datur perſeuerare in gratia. Prattica.
Ueni tu mulier. Quam orationem facis
quotidie? O pater dico tria pater noſter: ⁊
tot Aue: ad reuerentiã Trinitatis. Et tu?
Decẽ: ad reuerẽtiã .x. pceptorũ. Et tu? Quin
q ad reuerentiã .5. plagarũ. Et tu? Septẽ
p .7. allegrezi. Et tu? 70. pro corona virgi-
nis. Sed melius orari non poteſt deus: q
vt det tibi perſeuerantiam in bono. Quia
in gratia fuit lucifer. cum ſuis ſequacibus.
In gratia Adam ⁊ Eua. In gratia iudas.
Salo. Dauid. ⁊ plures alij: tamen aliquan
do ab ea ceciderunt. Multis datur gratia
⁊c. Unde legitur de beato Antonio. Qui in
extremis poſitus: raptus extra ſe. flentibus
q diſcipulis. ⁊ in ſe reuerſus: dixit. De tri-
bus filij mei valde timeo. Primo de viſio-
ne demonis ⁊ ſua infeſtatiõe que mihi ap-
paruit: que tã terribilis eſt: vt lingua expri
mi non poſſit. Exemplum beati Conſtantij
de demone viſo: quẽ ſepe optarat videre.
Semel in orto exiſtẽti apparuit demon: in
ea deformitate q cecidit ex pauore. Dum
per ſpacium in terra ſteiiſſet: tandem cla-
mare cepit. Non piu. non piu. Secundum
inquit Antonius de quo timeo: eſt de ſubti
li ⁊ arta ratione reddenda. de omnibus ⁊
ſingulis peccatis. De qua Hieronym⁹ ad
Aſell. Ante tribunal chriſti aſtabimus: ibi
patebit qua mente quis vixerit. Exemplũ
Coſme de medicis. Qui in vltimo dixit om
nibus aſtantibus. O iuſtitia diuina: q ſub
tilis es. que de omnibus rationem exigis.
Nec plus locutus eſt. Exemplum Domini-
ci. in Cronica. Qui vidẽs iuuenẽ cachinne
ridentẽ: reprehendit di. Reddituri ſumus
rationem de omnibus peccatis: ⁊ tu rides?
Clama hic contra iuuenes qui verba ſcurri
lia de feminis ⁊ huiuſmodi dicunt. Quod
contra Petrar. 5. Triumpho temporis.
Or vi riconfortati in voſtre fole
Goueni: ⁊ miſurati el tempo largo.
Ma piaga antiuiduta aſay men dole.
Forſe che indarno mie parole ſpargo.
Ma io vi nuncio che voy ſeti offeſi.
Dun graue e mortifero letargo.
Che volan lhori. igiorni. gliani. ⁊ meſe.
Inſiema cũ brauiſſimo interuallo.
Tuti habian cercar altri paeſi.
Tertiũ inquit Antonius quod timeo ẽ
quia anima mea eſt incerta de ſalute ſua
Quod figurate ponitur in ſcriptura. 4. Re.
25. de filijs iſrl. Quia nabuchodonoſor du
cti fuerant captiui in babyloniam. Cum in
uitati eſſent ad cantandum. Cantate nob
inquit Nabuchodonoſor de canticis ſyon.
Uoce flebili reſponderunt. Quomodo can
tabimus canticum domini: in terra aliena?
Moraliter. Babylonia confuſio interpre-
tatur: que ſignificat preſentem vitam ple-
nam confuſionibus. In qua banniti a hie-
ruſalem .i. paradiſo: in loco miſerie non poſ
ſumus cantare cantica letitie. Quia non
competit loco: q2 ſumus in valle miſerie.
Unde Aug. In valle ſum⁹ miſerie: in qua
magis flendum eſt: eo q minus flemus:
Non conuenit tempori: quod eſt curſus ad
mortem. Non conuenit ſtatui: quia vndiq
periculoſus. Status enim hominis eſt pe
riculoſus ⁊ doloroſus: q2 quocunq ſe ver-
tit. periculum ⁊ dolorem inuenit. Nã ſi ſur
ſum reſpicit: videt celum quod amiſit. Si
deorſum: videt infernum qui omnes deuo-
rare appetit. Si a ſiniſtris: aduerſitates vi
det q vnus de mille non euadit: qui nõ ca
dat per impatientiam. Si a dextris: pſperi
tates videt q de decem millibus vnus non
euadit: qui non cadat per intemperantiã.
Si poſt ſe: videt peccatorum multitudinẽ que cõ
miſit. Si ante ſe videt terribile dei iudiciũ:
i quo diſtrictã rõnẽ eũ reddere oportebit.
Quod bene Pius papa innuit domine blã-
ce. d. Pius epiſcopus: ſeruus ſeruorum dei.
Fugit vita mortalis ⁊ quaſi fumus cito eu
neſcit. Querenda eſt altera que nec mo-
leſtias habz: neq finem. Illic theſaurizan
dũ eſt. illic aſpirãdũ. Ille. Et ſic fatuus re-
putaretur qui ſententiatus ad mortẽ: iret
ridendo: cũ deberet lachrymari. Ita ⁊ nos
ſententiati ad mortem in hac valle miſerie
⁊ incerti de noſtra ſalute. non debemus ſta
re i letitia. ſz i timore. Uñ pz pria cognitio.
Secũda cognitio di ⁊c. Qñ de⁹ reue
laret alicui. ſcire poſſet. Diuia pui
dẽtia aliqbus ſcis lz paucis: in hoc
ſclo reuelauit ſtatũ grẽ ex pticulari puilio
vt opa magnifica proſequerẽt: vt patet de
9. in ſcriptura. Primo de Abraã: Gen. 22.
cui dixit angelus in immolatione filij. Ne
extendas manum ſuper puer. Nũc cogno-

ut ideſt cognoſcere te feci:ꝙ timeas deum. Et loquitur de timore caſto ſm Tho. qui non eſt ſine gratia gratum fa. Secundus fuit Moyſes de quo Exodi.23. Cum peteret oſtende mihi faciem tuaȝ. Faciem inqt meā videre non poteris.ſed oſtendam tibi omne bonum.quia inueniſti gratiam corā me. Tertius fuit Paulus de quo.2. Cor. xij. Qui cū ter rogaſſet dominū pro remotiōe ſtimuli. Rñdit dominus. Sufficit tibi gratia mea. Super quo Beda. Si paulus hac tentatione caruiſſet:fuiſſet de numero reproborum. Quartus fuit Magdalena de qua Luc.7. Remittunt ei peccata multa:qm̄ dilexit multuȝ. Quintus Uirgo.b. de qua Luc.2. Aue gratia plena. Quintus fuit Joā. bap.de quo Luc.1°. Spiritu ſancto replebitur ex vtero matris ſue. Septimus Jere. Jere.1°. Añꝙ exires de vulua ſctificaui te. Octaui fūt apoſtoli:qui tempore miſſionis ſpiritus ſancti ita fuere ſanctificati:vt peccare nō poſſent mortaliter.

Nonus fuit latro:cui dictum fuit. Hodie mecum ꝛc. Preterea aliqui extrauagantes ponuntur. Sicut de Catherina ſenenſi. Cui chriſtus apparens in ꝯuerſione Pauli. Noli inquit flere. quia tota es in gratia mea. Sȝ querit anima mea cara. Quare ꝛ mihi pater ꝛ omnibus alijs deuotis: Deus non reuelauit ſtatum gratie:qꝛ multa bona facerem: Reſpondet Th. in ſūma Theologie. Ad hoc actum eſt ratiōe timoris:quia ſi homo eſſet certus de ſua ſalute. ſupbiret:ꝙ malū eſt. Unde Aug. Nulla maior ſuperbia : ꝙ̄ de propria virtute ſuperbire. Et de quodā viro.s.legit de quo Gre. libro dialogoꝝ. Cuȝ ei reuelata eſſet mors ꝛ finis bonus anime ſue:cepit eſſe negligēs circa bona opera tanꝙ̄ certus de ſua ſalute. Dictuȝ eſt ei ab angelo. Age quod agis: operare quod operaris. Ad quod facit exemplum Senece libro Declamationū. De vno romano q duos filios hītos a duabus mulieribus cum eos miſiſſet in villam pro educatione.ſecunda vxor queſiuit qs eſſet filius ſuus. Reſpondet ille. Nolo indicare tibi:ne ſis mater vni:ꝛ nouerca alteri. Ita deus:vt homo non ſit mater corporis ꝛ nouerca anime:ei non indicat ſtatum gratie. Son contenta pater. Sed peto adhuc declarari aliud dubium. Quare deus cum ſit iuſtus predeſtinauit aliq̊s. ꝛ aliq̊s pſciuit: Reſpondet Tho. ſuper Jo. c. 6. Et ſup epiſtolam Pauli. Ro.9. Et Aug. contra Pelagium. ꝙ de predeſtinato ꝛ preſcito. eſt loq dupliciter. Aut in generali. Aut in ſpeciali. Si in generali:damnauit aliquos vel preſciuit. vt in eis fulgeret ordo diuie iuſtitie. Aliquos ſaluauit:vt i eis fulgeret ordo diuine miſericordie. Sȝ ſi loquimur in ſpāli: quare hunc ſaluat. ꝛ quare hunc nō. Quare Petruȝ:ꝛ non iudam. Nabocodonoſor: ꝛ non Pharaonē. Quare Abel:ꝛ nō Chaym: Reſpondeo quia Petrus preparauit ſe ad gratiam ꝛ non iudas. Si queraẗ vltra:quare deus mouit Petrum ad lachrymas ꝛ non iudaȝ: Reſpondeo quia ſic placuit ſibi: Juxta illud Saluum me fecit. qm̄ ꝛc. Si vltra queratur. quare ſic ei placuit: Reſpondeo. ꝙ queſtio ſtulta eſt. Jō Aug. ſuper Jo. Si queris quare hunc trahat et illum non trahat. noli iudicare ſi non vis errare. Et Tho. 1. par. q. 19. Non poteſt aſſignari cauſa diuine voluntatis. Et Aug. contra Pelagium. Inſcrutabilia ꝛ incomprehenſibilia nolo interroges. quia quod lego credo. De primo ad vltimuȝ. Nulla ratio poteſt dari ſuper hoc potiſſima ad quieſcēdum hominem:niſi vt bonum faciat. Quia ex bono opere premiabitur. Unde patet ſecunda ꝛc.

Tertia cognitio dicitur ꝛc. Glo. in. l. Fulcinius. §. 1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. Per exteriora cognoſcuntur interiora. Et chriſtus. A fructibus eorum ꝛc. Et medicus cognoſcit interiorem infirmitatem per faciem. p vrinam. per pulſum. Per ſigna ergo ꝛc. Sc̄dm Tho. ſuper Jo. Et Jo. de Turre cremata. ſuper de Con. di. 2. Ponit quattuor coniecturas veri predeſtinati. vel gratiam ſpiritus ſancti habentis.

¶ Prima. redemptoris dilectio.

¶ Secunda. diuini verbi auditio.

¶ Tertia. oris locutio.

¶ Quarta. maloꝝum ſup oꝛtatio.

¶ Prima ꝛc. Quādo homo potius vellet mori ꝙ̄ peccare mortaliter : vt dicitur .3°. ethi. Melius eſt mori:ꝙ̄ facere ꝯtra bonū ſtutis. Exemplaȝ ſancte Monice que flebat ſuper

bat ſuper filium. Utinam inquit mortuus eēt filius meꝰ ꝙ̄ remaneret in peccato ſuo. Et de fratre noſtro in otranto: duꝫ ciuitas caperetur a Turchis: nec ceſſaret a predicatiōe. Deſcende inquiūt. Mori potius voluit: ⁊ per medium in pulpito ſectus eſt: nec ceſſabat loqui. Fede ſancta. fede ſancta. fede ſancta. Sed quando homo pro vno ſolido capit ſacramenta falſa. periurat. nec curat de deo propter res mundanas. Non dicit Pater nr̄ cū corde. Prattica notabil'. Incipit in mane deuotionem virginis. Pater nr̄ qui es i celis. Prepara equū o regazo vt eamus ad villam. Sanctificetur nomen tuum. O Caterina: pone ad focum illam carnem. Panem noſtruꝫ quotidianū. Da a quel gato che manza el ceruelato. Et dimitte nobis debita noſtra. Da vn poco de biaua al cauallo. Preterea ſtans ad miſſam: totus ē occupatus. Surſuꝫ corda. Mentiris. Surſum corda ala villa: ala cōcubina: ali vſuri. Crede mihi o. N. li ſara quella roba: il granaro pieno: ⁊ tu nō eris. Ma el corpo in poluere de pignate. ⁊ ſia i inferno. Iō Petrar. in. 3. Trium. mortis.

O ceci el tanto affaticar che giona:
Tuti ritornati ala voſtra gran madre ancha.

Quod contra Aug. 6. Conf. Deputentur tempora: diſtribuantur hore. pro ſalute anime. Uis ergo experiri: an ſis in gratia dei: Reſpice ad hunc amorem. Quod bene Aug. ſuper. pſ. Duas ciuitates faciūt duo amores. Hieruſalem facit amor dei. Babyloniam facit amore mundi. Interroget ergo ſe quiſqꝫ quid amet. ⁊ inueniet: vbi ſit ciuis. Et ſi inuenerit ſe ciuem Babylonie. extirpet cupiditatem: plantet charitatem. Si auteꝫ inuenerit ſe ciuem hierl'm colat charitatē: ſpet libertatē. Ille. Exemplum illius monialis tempore Ric. Que oculos ſibi eruit: nolens relinquere amorem ſui creatoris. Et quia dicitur. ff. ad. l. acquiliaꝫ. l. Homo. Homo nō eſt dominus membrorum ſuorum. Dic ꝙ diuino inſtinctu hoc fecit. Ut patet de beato Marco. q precidit ſibi pollicem ne ordinaretur ſacerdos ⁊ epiſcopus. Quod propter hoc Petrus non deſtitit quin eum ordinaret. videns feciſſe humilitate. ¶ Secunda dicit̄ ⁊c̄. Jo. 8. Qui ex deo eſt ⁊c̄. Sup quo Dionyſius. 4. de di. Amor eſt vis vnitiua que transfert amantem in re amata: Ut patet de illo quem amas. pro quo occupas omnes ſenſus in ſui amorem. Uiſum ad vidēdum. Aures ad audiendum ⁊c̄. Ad propoſitum. Homo qui eſt in gratia: libenter audit diuina. Exemplo ſancte Scolaſtice. de qua Grego. pº. dialogorum. que per totaꝫ noctem cum benedicto ſtetit loquendo de deo. Et de Monica matre Auguſtini: que dum eſſet poſiti apud oſtia Tyberina loquebantur valde dulciter. Et de Magdalena: que ſedens ad pedes Jeſu audiebat verbum illius. Quod videns Martha dixit. Domine non eſt tibi cure ꝙ ſoror mea reliquit me ſolā miniſtrare: Cui dominus. Martha martha: ſolicita es ⁊ turbaris erga plurima. Maria optimam partem elegit: que nō auferetur ab ea. ſ. vite contēplatiue: que eſt occupare omnes ſenſus in auditione verbi dei. Ubi doctores ponūt hāc concluſionem. Qđ non eſt in natura aliqd tam neceſſarium homini: ſic auditio verbi dei. per quod diſcernuntur boni a malis. Extra de officio iudicis ordinarij. c. Inter cetera que ad ſalutem ſpectant populi chriſtiani: pabulum verbi dei marie noſcit̄ neceſſarium. Ideo eccleſia ſtricte precipit p̄latis ⁊ preſbyteris curatis vt predicent: aut predicari faciant in eccleſijs ſuis: vt patet Di. 36. c. Ecce. Et de conſecra. diſtin. i. c. Sacerdote. Clama contra doctores leguꝫ. ⁊ officiales. Et contra negligentes. qui inuite audiunt ſermones. Tu non es catholicus nec verus chriſtianus: ſed infidelis. ethnicus. idumeus. aggarenus. Habeo te ſuſpectū de fide. O pater ego ſcio quid volunt dicere. Et habeo ſermones Roberti. Bibliaꝫ. Ita eſt: Sed cum ijs facetias Pogij. libruꝫ. c. nouellaꝝ. ꝟſus amatorios. vbi tot ſcurilia ⁊ contraria fidei reperiuntur. Ideo chriſtus. Propterea vos audiſtis: qr ex deo non eſtis. Exemplum in Cronica ordinis de duobus fratribus: euntibus Bononiam ad capitulum generale. Quibus demon in via apparuit. Eis appropiquās interrogat quo pergunt. Reſponderunt. Bononiam ad capi. Quid ibi agetis inqt:



nō. te. ꝯme.

Oꝛdiabimus conuentus noſtros. predica-
toꝛes hinc inde aſſignando. Reſpondit ille
clamans. Predicatio veſtra debilitat po-
teſtatem meam. Ideo Alber. ſuper Lucaꝫ
ponit hoc notabile. Quod quaſi impoſſibi-
le eſt hominem damnari in moꝛte. qui ſer-
mones frequentarit. Ex eo quia fecit habi-
tum fidei: contra quam diabolus pugnat.
Sic per oppoſitum damnantur illi qui ſer-
mones omiſerint in vita. Cicero de amici-
tia. Cuiꝰ caures veritati clauſe ſūt: huiꝰ ſa-
lus deſperanda eſt. Prattica hic. De illis
qui diebus dominicis. poſtpoſitis ſermoni-
bus. quidam ad lupanar. quidam ad ta-
bernas. quidā ad ludos. quidam ad ballā-
dū eūt. Quomodo habes audaciā o tu pa-
terfamilias. cum filijs ire ad menſam: niſi
prius dederis cibum anime tue? Unde pa-
tet ⁊c̄. ¶ Tertia dicitur ⁊c̄. Ex loquela co-
gnoſcitur homo: cuiꝰ prouincie eſt. Figura
De Petro Mat. 26. Galileus es. Nam ⁊
loquela tua manifeſtum te facit. Et. ff. de
tutoꝛibus ⁊ curatoꝛibus datis ab his. l. Is
qui. §. fi. Ex ſmonibus ⁊ loquelis noſcitur
quis ſapiens ⁊ iudicatur inſipiens. Et Ec-
cleſiaſtici. 19. Ex viſu cognoſcitur hō: ami-
ctus coꝛpoꝛis ⁊ riſus dentium annunciāt
de illo. Et facetia de Bergomēſi Bononie
qui poꝛtum tranſire volebat: non ſoluto p̄-
cio. Cum vellet tranſire: facit ſe floꝛentinū.
dicens. E ſo mi da floꝛeza. Unde fuit co-
gnitꝰ. Uis cognoſcere o citadino de qua p-
uincia es? Reſpice ad linguam. Scd̄m Ia-
cobum de voragine tres prouincias fecit
deus: ⁊ quelibet habet ſuum linguagium.
Prima eſt paradiſus. in qua eſt laus dei ⁊
ſanctoꝛum. Beati inquit ps. qui habitant
in domo tua domine: in ſecula ſeculoꝝ lau-
dabūt te. Secūda eſt mundus. In qua eſt
ſermo de rebus mundi. Io. 8. Qui de terra
eſt: de terra loquitur. Tertia infernus. In
qua eſt blaſſemia. Apoc. 16. Blaſſemaue-
runt deum celi. Pone ab vna parte homi-
nes: deum amantes. Et ex alia qui mun-
dum. Quilibet dicet verbum ſm prouinci-
am cuiꝰ eſt ciuis. Luxurioſus de libidine.
Auarus de auaritia. Et ſic de ſingulis. Et
catholicus de rebus diuinis. Quia vt di-
cit phs. 4. Metha. Oppoſitarum cauſarū
oppoſiti ſunt effectus. Unde Sene. li°. de
foꝛmula vite. Imago animi: ſmo eſt. Qua-
lis vir. talis oꝛatio. Ad propoſitum. Ho-
mo predeſtinatus laudat proximum ⁊ de-
um. ⁊ linguam propꝛiam circa res dei ⁊ p-
ximi occupat. Quam linguam ſm Albertū
homo habuit ad tria officia. Primo vt de-
um laudet. Iſa. 43. Populum iſtum foꝛma-
ui mihi: laudem meam narrabit. Eccleſia-
ci. 51. Confitebo tibi domine rex: ⁊ collau-
dabo te deum ſaluatoꝛem meum. Tu non
faray niente. Ro. 2. Nomen dei per vos
blaſſematur. In qual prouincia, caſtello,
villa: nomen dei ⁊ ſanctoꝛum non ſia lace-
rato? Ideo Pius papa. Confuſa ſunt om-
nia ⁊ turbata. blaſſematur deus. nullus ti-
moꝛ. nulla legum reuerentia. Ille. Secun-
do vt ſe accuſet. Prouer. 18. Iuſtus in prin-
cipio accuſatoꝛē ſui. Et Iob. 42. Idcirco
me reprehendo. ⁊ ago penitentiam. Ter-
tio vt proximum edificet. Quod non facis
ſed ipſum ſcandalizas. Tu vay digando
mal de iſto ⁊ d'illo. De illa paupere vidua
⁊ de illa illa iuuene: quia nolunt tibi com-
placere. Tu fay mal ⁊ gran peccato. Lin-
gua diabolica: que poneres in queſtiōe pa-
radiſuꝫ. Sed qd debes facere tu. qui es diſ-
famatus a toꝛto? Poꝛta in pace: qꝛ eſt ma-
gnum merituꝫ. quod ſancti fecerunt. O qt
ſunt diffamati iniuſte. Si ergo loqueris de
deo libenter: ſignum eſt quod habes grati-
am dei. ¶ Quarta coniectura dī ⁊c̄. Quā-
do homo eſt patiens in tribulationibus. ſi-
ne qbꝰ nemo coꝛonaẗ. C. de his q nō exple-
tis ſtipendijs. l. 2. li°. x. Stipendium quod
pmittitur militibus non debet exolui: niſi
finita militia. Ita nec ſeruo dei: niſi milita-
rit non datur coꝛona: iuxta illud Non co-
ronabitur ⁊c̄. Quod xps declarauit in ſuo
teſtamento. Qui legauit pacem apoſtolis.
iudeis coꝛpus. Latroni paradiſuꝫ. Marie
ſocietatem. Patri animā. Fidelibꝰ cōionē
Oibus tribulationum. Io. 15. Si me perſe-
cuti ſunt. ⁊ vos perſequenẗ. ¶ Quinta bo-
noꝝ operū occupatio. Greg. Amoꝛ dei nū-
q̄ꝫ eſt ocioſus. Et phs. 2. Eth. Signuꝫ gene-
rati habitus eſt delectabiliter operari. Et i
4. Habitus virtutis non ſolum eſt princi-
pium operandi: ſed etiam delectabiliter. fa-
ciliter.

cilıter. ⁊ cōſtāter operari. Et in. 5. Habēs virtutem: prompte ⁊ delectabilr̄ operatur. non habens virtutem: tarde ⁊ melancolice. Vn̄ eſt ꝙ martyres gaudētes ibant ad ſupplicia: Vere ab ipſa gratia qua erant muniti: iuxta illud. Ro. 8. Quis nos ſeparabit a charitate xp̄i: Tribulatio: an anguſtia ⁊c̄. Et infra. In ijs omnibus ſuperamus propter illum qui dilexit nos. Unde patet ꝓpoſitum.

ℭ In feſto ſancti Joannis baptiſte.

ERit magnꝰ coraꝫ domino. Luce. p°.

ℭ Diuina bonitas illius monarche ſūmi dei: diuerſis modis nō ceſſat vocare creaturam: ad viā ſalutis. Aliquos per inſpiratiōeꝫ. Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium ⁊ pulſo. Can̄. 5. Vox dilecti mei pulſantis: aperi mihi ſoror mea. Quis conducit peccatorem ad cognitionem ſuorꝫ criminuꝫ: Certe deus. Quis ad lachrymas ⁊ ſingultus: Deus. Quis indicat ſuperbiam. gulam. auaritiaꝫ. ⁊c̄ peccatum: Deus. Ego ſto ad ⁊c̄: Sed plēs huic voci reſiſtunt. Prouer. 1°. Vocaui ⁊ renuiſtis. Alios vocat ꝑ predicatores. Mat. x. Non enim eſtis vos qui loquimini: ſed ſpūs patris veſtri qui loquit̄ ⁊c̄. Q: vt dicit Ambro. Veritas a quocūꝙ dicat̄: a ſpū ſancto eſt. Unde dn̄s Iſa. 53. Clama ne ceſſes: q̄ſi tuba exalta vocē tuam. 1. Thim̄. 4. Argue obſecra. increpa. in omni patientia ⁊c̄. Cuꝫ hac conuerſa eſt magdalena ad xp̄i ſermones. publicanus. Sed plures huic voci reſiſtunt. 1. Thim̄. 4. Ad fabulas aūt conuertētur. Aliq̄s vocat ꝑ bona tp̄alia. p̄s. Omnia ſubiecisti ſub ⁊c̄. Iſa. 6. Quid debui facere vinee mee: ⁊ non feci: Heb. 4°. Quid habes o homo quod non accepiſti: De hac vocatione. Greg. in homel. Spūs ſācti. Vocat nos oēs deus per patriarchas. per prophetas. per apoſtolos. per paſtores. Nemo contēnat. ne dū vocatus excuſat: cuꝫ voluerit introire: nō valeat. Audite quid ꝑ Salomonē ſapientia dicat. Tunc inuocabant me ⁊ non exaudiam. Hinc eſt ꝙ fatue virgines tarde venientes clamant. Dn̄e domine aperi nobis. Sed aditum querentibus: di. Amen dico vobis: neſcio vos. Ille. Nouiſſime autem miſit Joānem baptiſtam. q dignitate dictus eſt angelus. Mal. 3. Ecce ego mitto angelum meum. Dictus eſt propheta: ⁊ pluſꝙ ꝓpheta. Primo ꝓpheta: q: in vtero ꝓphetauit. Luc. 1. Exultauit īfans in vtero meo. Annūciat aduentum chriſti patribus in lymbo. Pluſꝙ ꝓpheta: q: nunciat preſentia. Ecce agnus. Ideo erit magnus ⁊c̄. De quo tria ſpeculanda ſunt.

ℭ Primuꝫ. dī opinionis.

ℭ Secunduꝫ. dī magnificationis.

ℭ Tertiuꝫ. dī ſanctificationis.

s Cribitur nanꝙ. C. de veteri iure enucleando. l. Deo auctore. Tanta autem a nobis antiquitati eſt habita reuerentia. vt nomina prudentiuꝫ virorum taciturnitati tradere nullo patiamur modo. Ille. Et Eccleſiaſtici. 44. Laudemus viros glorioſos in generatiōe ſua. Queritur ergo dubium ad noſtruꝫ ꝓpoſitum. in verbo chriſti Mat. xi. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Joanne baptiſta. Utrum Joannēs bap. ſit omnibꝰ ſanctis maior. Circa hoc quadruplex opinio. Prima ꝙ apoſtoli ſunt maiores. Et ratio eſt. Illi ſunt maiores omnibus ſanctis qui abundantius ſuper omnes habuerūt ſpūm ſanctum. Sed apoſtoli fuerunt huiuſmodi. Unde Tho. ſuper illud Ro. 8. Nos ipſi primitias ſpūs habentes. dicit. Apoſtoli ⁊ tempore prius ⁊ ceteris abundantius ſpūm ſanctum habuerunt. Ideo. 1. par. q. 44. ar. 7. In. 1°. ſenten. di. 16. ar. 2. Jo. Scotus in. 4. Et Durandus eiuſdem ordinis. Apoſtoli ſunt preferendi omnibus ſanctis quacunꝙ prerogatiua prefulgeant. Ideꝫ. Apoſtoli ſunt preferendi omnibus ſanctis: tanꝙ abundantius ſpūm ſanctum habentes. Unde patet prima opio.

ℭ Secunda opinio eſt. Q: Jo. euang. ⁊ ſi non ſit maior: tamen equalis. Et rō huius eſt. q: prerogatiue que ſunt Joā. bap. conceſſe: etiam Jo. euangeliſte. Et ſm̄ Petruꝫ Damianū ſūt. 5. Pria q: Jo. bap. fuit ꝟgo

⁊ Joannes euangeliſta ſimiliter qui corrūpi non potuit in terra: propter virginitatem eius. Secunda: quia Joannes baptiſta fuit germanus chriſti filius helisabeth cognate virginis. Joannes euāgeliſta in hoc excessit: qꝛ fuit nepos eius vz filius ſororis Salome. Tertia: qꝛ Joannes bap. fuit ſanctificatus in vtero matris: vt clarius videbimus in .2°. myſterio. Et Joannes euang. lz non fuerit ſanctificatus in vtero matris: tñ accepit ſpiritum .s. tempore Penth. cum alijs apoſtolis. 4. quia Joannes baptiſta fuit propheta Jo. 1°. Poſt me venturus eſt: qui ante me factus eſt. Et pluſq̄ ꝓpheta. Joan. 1°. Ecce agnus dei. Joannes euāgeliſta fuit propheta in Apocalipſi: quia futura pronunciat. Et pluſq̄ propheta: quia fuit apoſtolus qui excedit ⁊c. 5. quia Joānes baptiſta fuit martyr: ab herode decollatus. Joannes euāgeliſta fuit martyr mētaliter. Quia vt dicit Petrus damianus. Ille gladius qui perforauit cor marie: illemet cor Joannis euangeliſte. Unde ad minus equalis erit Joanni bap. Et ſic chriſti verba Inter natos ⁊c. non erunt ⁊c.

Tertia opinio dicit q̄ fuit Moyſes: eximius prophetarum. Quia Eccl. 44. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem excelſi.

Alia opinio eſt Jeſu xp̄i: cū qua nos eximus: qꝛ vera. Cū q̄ opinione eſt Tho. 22. q. 174. a. 4. q̄ inter natos mlꝛm ⁊c. Que pclo probatur triplici rōe que extrahuntur a docto.

Primo. ratione diuinalis ꝑnominationis.

Secundo. rōe diuinalis cōmendationis.

Tertio rōne diuinalis infuſionis.

Primo ⁊c. habet Tho. 3. p. q. 27. a. 5. q̄ diuina prouidentia quotiens voluit mittere aliquem ſcm̄ virum mundo pro vniuerſali ꝑparatiōe: voluit illū prius mūdo oſtēdere duplici mō. P° verbo prophetico. 2° ſigno diuino. Qd pz triplici lege. Primo in lege nature. Quando miſit Noe. in impoſitione nominis Gen. 5. dixit pater eius Lamech. Uocabitur nomen eius Noe. Iſte cōſolabitur nos ab operibus manuum nr̄ar in terra cui maledixit dominus. 2° in lege ſcripturali: de Moyſe per ſignum diuinum, quando in terram proiecit coronam regis ⁊c. 3° in lege gratie tp̄e xp̄i. quādo miſſus eſt Joannes bap. qui oſtenſus eſt verbo ꝓphetico per angelum. Luc. 1°. Erit magnus coram domino. Magnus quidem fuit eius aduentus mundo. eius cōceptio. ⁊ eius natiuitas. Et hoc triplici modo.

Primo. quoad nuncium.

Secundo. quoad locum.

Tertio. quoad modum.

¶ Quarta dī ⁊c. Quāuis pijſſimus deus omnes creaturas amet vniuerſali amore: iuxta illud Sap. xi. Diligis omnia que ſūt. Tamen ſingulariter amat creaturā rationalem. q2 ad eius imaginem eſt facta. Sed qualis eſt hec imago dei: Reſpondet canoniſta. De pe. di. 2. §. Illa. Similem eſſe dei: eſt habere iuſtitiam. ſapientiam. ⁊ virtute eſſe perfectum. Hec autem imago: viuit in homine: quando virtuoſe operatur. ⁊ quādo ſeruat diuina precepta. Sed moritur ⁊ offuſcatur: quando vitioſe viuit. Unde cōqueritur dominus per Iere. c. 4. d. Quomodo obſcuratū eſt aurum. ſ. bonū virtutis: mutatus eſt color optimus. ſ. de puritate in nigredinem peccati. O chriſtiane: quis ⁊c. Hanc nobilitatem habuit Catherina: q2 nunqꝫ deturpauit hanc per peccatum mortale. Unde dr̄ Catherina a Catha: quod ē totum: ⁊ ruina: quaſi vniuerſalis ruina vitiorum. Ex hoc ſponſus eternus: ipā amauit. Hanc amaui ⁊ exquiſiui ⁊c. Et q2 eſt ſententia Prouer. 4. Omni tempore diligit qui amicus eſt. Et pħs in. 8. Eth. Vera amicia: eſt intranſmutabilis. Contra illos: qui dicunt. O pater aliquando illum dilexi: nunc autem non. Nō fuit vera amicitia q2 perſeueraſſet. Omni tēpore ⁊c. Tripliciter chriſtus eam dilexit.

¶ Primo in vita.
¶ Secundo in morte.
¶ Tertio poſt mortem.

¶ Primo in vita. q2 ei donauit tria que ſunt neceſſaria cuilibet poſito in certamie.

¶ Primo perſeuerātiam.
¶ Secūdo fortitudinem.
¶ Tertio victoriam.

Primo

Primo perſeuerantiam. Figura Exodi. xij.
De agno: ꝙ eſſet ſine macula. ꝙ eſſet cuꝫ ca
pite. ⁊ ꝙ eſſet cum cauda. Unde. 2. Re. 5. Ce
cus ⁊ claudus nō intrabunt in templuꝫ. Et
philoſophus in phiſonomia. Caue ⁊ ꝑcaue
a ſignatis. Nunc aūt ꝫopi. ceci. orbi. ꝛc. Ter
tio cuꝫ cauda. i. pſeuerantia. Hiero. ad Fu-
riam. Non queruntur in chriſtianis initia:
ſꝫ fines. Catherina fuit pſeuerans. Dicere
poterat illud Job. 27. Donec deficiam: nō
recedam ab innocentia mea. Secundo tri-
buit ei fortitudineꝫ cōtra aduerſarios. Vñ
dicit ipſe ſuis fidelibus per eccleſiā. Eſtote
fortes in bello. Catherina fuit fortis: vñ me
ruit amari. Tertio tribuit ei ꝛc. Sap. x°.
Certamen forte dedit illi vt vinceret. Hāc
amaui ꝛc. Secundo amauit eā in morte.
Signū amicitie eſt. qñ amicus aliū viſitat. i
tribulatione. Ad Ro. xij. Flere cū flētibus.
gaudere cū gaudentibus. Et in. 2. Rhe. Ue
rus amicus gaudet bonis amici: et ꝯdolet
triſtibus ipſius amici. Jeſus amoroſus: ſue
ſponſe Catherine in eius morte. 5. dona ac
priuilegia ei tribuit. propter amorē intēſuꝫ
quem ad eam habebat.
¶ Primum. eſt chriſti viſitatio.
¶ Secundum. eſt celeſtis refectio.
¶ Tertium. eſt orationū exauditio.
¶ Quartum. eſt angelorum acceſſio.
¶ Quintum. eſt lactis emanatio.
Primū eſt ꝛc. Cum eſſet in carcere xp̄s
ad eam venit cuꝫ angeloꝝ multitudine ac
ꝟginum d. ei. Agnoſce o filia tuū creatorē:
ꝓ cuius amore laborioſum ſubiſti ꝯflictuꝫ.
Conſtans eſto: quia tecuꝫ ero. Aſſimilatur
autem Joāni euangeliſte. Qꝛ ſicut ad euꝫ
venit xp̄s: ita ad hanc venit. Secunduꝫ
eſt ꝛc. Cuꝫ eēt in carcere. miſit ei deus cibū
per colūbam. ne fame morereꝉ. Unde veri-
ficatur p̄s. Non. n. vidi iuſtum derelictum:
nec ꝛc. Aſſimilatur Magdalene. que per
angelos celeſti cibo paſta fuit. in Marſilia
francie. Tertium ꝛc. Quia in ſua paſſio
ne orauit deum. vt quicunqꝫ ageret memo
riā: vel in morte ſe ei cōmendaret: ⁊ in qua
cunqꝫ neceſſitate eam inuocaret. diuine mi
ſericordie effectum ſentiret. Fuit exaudita
iuxta illud p̄s. Clamabit ad me: ⁊ ego ꝛc.
O chriſtiane habeas ipſam in deuotione:
quia eſt magna apud deum ⁊ apud ſctōs.

Quartum eſt ꝛc. Qꝛ angeli ei obſequiū
preſtiterunt in martyrio ſuo. Quia angelus
peruꝫxit plagas ſuas. ⁊ rotam confregit: ac
inimicos eius confudit. Quintum eſt ꝛc.
Cū decollata fuiſſet: vnda lactis emanauit
in ſignū puritatis. Tertio amauit eā poſt
mortē. qꝛ eius corpus honorauit: qđ per an
gelos collocari voluit in Synay monte. per
ſpaciū. 20. dierum a loco mortis. In q̄ loco
deus dedit legem humano generi. In quo
loco Moyſes. xl. diebus ⁊ noctibus loque-
batur deo facie ad faciem. vt verificareꝉ ꝟ
bum Iſa. xi. Sepulchrum eius erit glorio-
ſum. Unde eccleſia canit. Deus qui dediſti
legem moyſi in ſummitate ꝛc. Et ſic patet ſe-
cunda ratio ꝛc.

T Ertia ratiōe ꝛc. Quia fuit locuplex.
Et ex hoc deus eaꝫ amauit. Solēt
mulieres dare viris ſuis vnā tantū
dotem. Catherina aūt. 5. tribuit.
¶ Prima. fuit ardētiſſime charitatis.
¶ Secunda. fuit puriſſime virginitatis.
¶ Tertia. fuit ꝯtēpt⁹ mūdane delectatōis.
¶ Quarta. fuit maxime perfectionis.
¶ Quinta. fuit excellentis ꝑdicationis.
Prima fuit ꝛc. Amore dei ⁊ proximi lā-
guebat. Primo dei. pro quo omnia munda
na deſpexit: vt dicere poſſet illud Can. 5.
Amore langueo. Secundo proximi. qꝛ oia
bona pauperibus dedit: vt dicaꝉ illud Pro
uer. vlti. Manū ſuam aperuit inopi. Inter
ceteras mulieris prerogatiuas vna eſt: ꝙ
ſit liberalis. Uis cognoſcere feminam no-
bilem: Reſpicite liberalitatem eius. Que
ſunt vilane. auare ſunt. He ſtant poſt oſtiū:
⁊ dicunt pauperi: anda cū dio. ¶ Secūda
dos fuit ꝛc. Fuit enīꝫ ꝟgo. Th. i quolibeꝉ.
Duplex eſt virginitas. Mentalis ⁊ corpo-
ralis. O q̄ꝫ plures ſunt corpore ꝟgines: mē
te meretrices. O quot moniales virgines
corpore. Unde illa canebat poſt exitū. Ora
may che foran ſon ꝛc. Catherina fuit mēte
⁊ corpore ꝟgo. ¶ Tertia dos ꝛc. Aug. ad
heremitas. Scriptum eſt fratres cariſſimi
omnes mundi amatores. dei eſſe inimicos.
Cōtempſit virgo ſancta honores ⁊ dignita
tes imperatoris: vt chriſtum lucrifaceret.
¶ Quarta dos ꝛc. Nihil in ea fuit rephen
ſibile: ſed in omnibus exemplūꝫ bene viuē-
di. Exempluꝫ humilitatis ꝟginibus ⁊ puel

lis dedit. Exemplū verecundie. ¶ Quinta dos ⁊c. Cum fuerit preceptum nō predicare per apoſtoluꝫ. i. Thimo. 2. Mulieres docere non permitto. Et. i. Cor. 14. Mulieres in eccleſia taceant. Et hoc vt dicit Th. 22, q. 77. Quia ſunt intellectu debiles: ⁊ aſpectu prouocabiles ad malū. Catherina fuit mire grauitatis ⁊ ſapientie. Quod pꝫ. Imperator conduxit. l. oratores doctiſſimos in omni ſapientia: vt Catherinā cōfunderēt. Sic adducti. vnus cepit arguere. O Catherina ſcriptum eſt Deut. 4. Audi iſrael. dn̄s deus tuus vnus eſt. Et illa reſpondit. Oſtēdo tibi eſſe tres. In pſ. dicitur. Benedicat nos deus deus noſter: benedicat nos deus. Ubi innuitur Trinitas perſonaꝝ. 2°. arguit. O Catherina. 8. phi. dicitur. Fruſtra fit per plura: quod poteſt fieri per pauciora Si ille erat verus deus. quē ieſum dicitis: poterat redimere genus humanum ſolo v̄bo: iuxta illud. Dixit ⁊ facta ſunt. Reſpondit virgo. Uerum eſt. ꝙ potuit: ſed nō debuit. Et ratio eſt. In deo eſt miſericordia: ⁊ iuſtitia. Si enim ſolo verbo omnes ſaluaret. maxima fuiſſet miſericordia. Sed vbi eſſet iuſtitia? Si vero omnes damnaſſet: vbi eēt ſua miſericordia? Ideo voluit incarnari. et naſci: vt appareret ſua miſericordia. Et ꝓ nobis voluit pati. ⁊ ſanguinem ſuū ſoluit ī brāchio crucis: vt appareret ſua iuſtitia. Cōfuſus. 2ᵘˢ. tertius ſurrexit d. O catherina: tu dicis deum eſſe hominem. Probo impoſſibile. Quia in. 3°. phy. Finiti ad infinitum: nulla eſt ꝓportio. Rn̄dit virgo. A gentilibꝰ eſt predicatum. Sybilla cumana. Felix ille deus qui ligno pependit ab alto. Et Sybilla erithrea. In vltima etate humanabitur proles diuina. vnietur humanitati diuinitas. ⁊ puellari officio educabitur. Ille. Cōfuſi oēs. dixerunt imperatori. O imperator nos ſumus cōfuſi. Indignatus imperator iuſſit eos igne cremari: qui nec leſi celū aſcēdunt. Uirgo autem nolens imperatori aſſentire. 5. genera tormentorum in eam exercuit. Primo ſcorpionibus flagellata. Scd'o ī carcere clauſa. 3° fame cruciata. 4° ſup rotas poſita. 5° decollata. Hāc amaui ⁊c.

¶ In feſto ſancti Andree apoſtoli. De dignitate apoſtolica.

Relictis retibus ⁊ naui: ſecuti ſūt eum. Mat. 4. ¶ Concluſio eſt ſacroꝝ Theologorum. ꝙ hominum chriſtū ſequentium habent reperiri in triplici dr̄ia. Quidā ſequūtur chriſtum per fidem: ſed ab eo recedunt per operationē. De quibus apoſtolus ad Titū. i°. Confitentur ſe noſſe deum: factis autē negant. Et Jacobi. 2°. Fides ſine operibus mortua eſt. Quidam ſequuntur deum per fidem ⁊ operationem. ſed nō per finalem conſumationem: q: cito a via dei recedunt. Joſue. 2°. Cito deſeruerunt viam: per quam ingreſſi ſunt p̄res eoruꝫ. Hiero. ad Furiam. Non queruntur in chriſtianis initia: ſed fines. Et Tho. i. 2. q. 109. ar. 1°. Poſtꝗ aliquis poſitus eſt in gratia ⁊ per gratiam dei iuſtificatus: neceſſe hꝫ petere a deo donum perſeuerantie: vt. ſ. cuſtodiatur a malo vſqꝫ in finem. Nam multis daᵗ gratia: quibus non datur perſeuerare in gratia. Ille. Quidam ſequuntur chriſtuꝫ ⁊ ꝑ fidem ⁊ per operationem ⁊ per perſeuerantiam: vt Andreas ap̄ls ⁊ Petrus. Unde Greg. in hom. ho. Audiſtis fratres cariſſimi q: ad vnius iuſſionis vocem. Petrus ⁊ Andreas relictis retibus ſecuti ſunt redēptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderāt. vel ab eo de premio eterne retributionis audierant: ⁊ tn̄ ad vnum domini preceptum. hoc quod poſſidere videbantur obliti ſunt. Ille. Scd'm ſniam Tho. ſuper Jo. c. 2. Tribus vicibus a chriſto vocati ſunt. P° vocauit eos ad ſui notitiā: vt quando ſtante Andrea quadā die cū magiſtro ſuo Jo. bap. ad Jordanem ⁊ dicente Ecce agnus dei: Andreas dixit Simōi fratri ſuo. Inuenimus meſſiam q dr̄ chriſtus. ⁊ conduxit ipſum ad ieſum. O ꝗtum obligatur Petrus Andree: quia conuerſus eſt ⁊c. Die ſequēti reuerſi ſunt ad piſcationē. 2° vocauit eos ad ſui familiaritatem. vt quando erat cum eis ad ſtagnum geneſareth: ⁊ ceperunt piſcium multitudinem. Et iterum ad propria ſunt reuerſi. Tertio vocauit eos ad apoſtolatum: vt qn̄ ambulante ſuper mare galilee: eos vocauit. Uenite

poſt me. Jere.16. Ecce ego mittam piſcatores ⁊ piſcabuntur. Jō illi diuino amore ſuccenſi reliquerunt omnia vt aiunt verba aſſumpta. Relictis ꝛc. In quibus verbis: qꝛ Andreas ⁊ Petrus cum tanta promptezza oīa reliquerunt ⁊ ſecuti ſunt redemptorē. Jō in eorum laudem: de apoſtolatu. vel dignitate apoſtolica ſermonem tenemus. De qua tria contemplabimur.

¶ Primum. dicitur opinionis.
¶ Secundum. dicitur declarationis.
¶ Tertium. dicitur operationis.

PRimuȝ dī ꝛc. Utrum aliqui ſancti ſint maiores apoſtolis ī patria: Ad hoc due ſunt opiniones. Una ꝙ ſic: alia ꝙ non. Prima ꝙ ſic. Quod probat triplici rōne in preſentiarum: ad propoſitum.

¶ Primo. ratione paſſibilitatis.
¶ Secundo. ratione contemptibilitatis.
¶ Tertio. ratione humilitatis.

¶ Primo rōe ꝛc. Una eſt maxima in Theologia. ꝙ quanto plus homo patitur tribulationes: tanto plus premiabitur. Ueritas huius concluſionis ꝓbatur per chriſtū Math.5. Beati qui lugent: qm̄ ipſi cōſolabunť. Et Jo.14. Triſticia vr̄a vertetur in gaudium. Et ps. Secundum multitudinem dolorum meoꝝ in corde meo: conſolationes ꝛc. Et Chriſo. Quanto magis quis patitur. tā to magis ī eterna vita glorificatur. Et Hiero. Quot vulnera patimur: tot coronas meremur. De primo ad vltimum: ꝙ̄to plus patimur. tanto maius premium erit. Ad propoſitū. Multos legimus ſanctos. plura aduerſa toleraſſe: ꝙ̄ apoſtoli. Quod patet in vtroqꝫ teſtō. In veteri. Abel a fratre ſuo occiſus eſt. Daniel in lacu leonuȝ. Zacharias eſt lapidatus. Iſaias ſectus: lignea ſerra. Jeremias gladio occiſus ē. Ezechieli cerebrum excuſſum. Preterea in nouo teſtamēto. Stephanus eſt lapidatus. Laurentius in craticula exuſtꝰ. Uincētius pectinibꝰ ferreis dilaniatus. Ignatius de membro ad membrum ꝛc. Raſmus per viſcera dilaniatus. Sic dico de virginibus que per tormēta ad paradiſuȝ iuerunt. De qbus ad Hebre.xi. Sancti per fidem vicerūt regna. Et infra. Secti ſunt. lapidati ſunt. tentati ſūt. in occiſione gladij mortui ſunt. Talia apoſtoli non ſuſtinuerunt. igitur nō ſunt maiores. ¶ Secundo rōe ꝛc. Concluſio eſt Tho. in opuſculis de.x. pceptis. Et incipit Tria ſunt homini neceſſaria. ꝙ duo maxime augent charitatē. Primū patia in aduerſis. Scdm ſepatio a terrenis. Perfectio ḡ xp̄iane religiōis eſt bona agere. ⁊ mala pati. Et ſepatio a terrenis. Dico ſic. Ubi ē maior cōtemptꝰ reꝝ tpalium: ibi maius pmiū in gloria. Ueritas ꝯcluſionis ꝓbať Mat.19. dixit Petrus xp̄o in pſona oium aplōꝝ. Ecce nos reliqmus oia: ⁊ ſecuti ſumus te: qd ergo erit nobiſ: Rn̄dit. Amē dico vobiſ ꝙ voſ q reliqſtis oia ⁊ ſecuti eſtis me. centuplum accipietis ⁊ vitā eternā poſ. O mira benignitas. que nō vult vinci beneficijs. Si daſ paupi: copioſe tibi reddit. Gre.3°. dia. Tēporalis ſubſtātia cuȝ diſtribuitur. multiplicatur. Ad propoſitū. Ubi eſt maior contemptus: ibi eſt maius pmium. Sed quidā ſcti maiora cōtempſerunt bona pro xp̄o: ꝙ̄ apoſtoli. Sanctus Ludouicus rex francorum. Alexius romanus. Roccus. Thomas de aquino cardinalatū renuit. Sic ſanctus Uincentius. Sic Bona. Bernardinus epiſcopatum ſenenſem. Igitur ſunt maiores. Etſi diceres. Nūquid nō apl'i talia egerť: qꝛ Petrus ⁊ Andreas a xp̄o vocati fuere: ⁊ ipm̄ ſunt ſecuti: Sȝ qd: Mat.4°. Relictis retibus ꝛc. O richeza. x. ſolidoꝛuȝ. Unde pȝ ſecunda ratio. ¶ Tertio ratione ꝛc. Regula datur a magiſtro meo ieſu chriſto: infallibilis Luc.1°. Et.18. Qui ſe humiliat exaltabitur. Eccl'i.3°. Quanto maior es: humilia te in omnibuſ. Et Jacobi.4. Humilibꝰ deus dat gratiam. Nō imerito. Qꝛ ſumme ei placet. Superbus lucifer: dedit locū xp̄o humili. Diues epulo: Lazaro humili. Eua ſuperba: marie humili. Ad propoſitū. Ubi eſt maior humilitas: ibi maius premiū. Sȝ aliqui ſancti: maiorem habuerunt humilitatem: ꝙ̄ apoſtoli Gen̄.16. de Abraam. Loquar ad dominum: cum ſim puluis ⁊ cinis. Et.2. Reg.6. Ludā vt vilior ſiam pluſquā factus ſum: ⁊ ero humilis in oculis meis. Prattica de ſancto Marco. de Franciſco. de Moyſe. de Dominico. Hanc humilitatem nō habuerūt apl'i imo ſupbi. Luc.22. Facta eſt contentio inter aplōs: qs eoꝝ videreť maior. Petrus ſe laudabat di. Ego ſum princips omniuȝ vr̄m. Andreas. Ego

ſum primus xpianus. ⁊ diſcipulus fui Joãnis bap. Jacobus ⁊ Joãnes d. Nos ſumꝰ filij Zebedei. Et Bartholomeus d. Ego ſuz filiũs regis. Et Lucas d. Ego ſum medicꝰ. Mattheus d. Ego fui mercator de pelle danguſlle. Unde fuerunt ſuperbi. Igitur aliqui in patria ſũt maiores apoſtolis. Unde patet prima opinio.

¶ Secunda opĩo eſt doctorũ. Qđ apoſtoli ſunt ſimpliciter maiores omnibus ſanctꝭ. Quid dicis o Thoma ſuper illud ad Ro. 8. Nos primitias ſpũs habentes d. Apoſtoli ſunt preferendi omnibus ſanctis, quacũqꝫ prerogatiua prefulgeant. ſiue virginitatis. ſiue doctrine. ſiue martyrij: tanqꝫ abundantius ſpũm. s. habentes. Et ſuper verbo ad Eph. i. Scđm diuitias gratie eius d. Ex quo apparet temeritas illorum ne dicam error: qui aliquos ſanctos preſumunt equiperare apoſtolis in gratia ⁊ in gloria. Ille. Ad ſcđm veniamus.

Secundum dĩ ⁊c̃. Scđm Tho. ꝑ. 2. q. 161. ar. 4. In pº ſen. di. 16. In. i. p. q. 44. ar. 7. Et ſuper Ro. 8. Concluſio hec extrahitur. Qđ apoſtoli ſunt oĩbus ſanctis maiores digniores qꝫ. Que concluſio probatur triplici rõne.

¶ Primo. rõne approximationis.

¶ Secundo. rõne electionis.

¶ Tertio. rõne repletionis.

¶ Primo rõne ⁊c̃. Concluſio eſt Auctoris liº de cauſis. Qđ quãto magis aliquid appropinquat ſuo principio in quolibet genere: tantomagis participat effectum illius. Exempli gratia. de illo qui appropinquat igni. ſoli. plus participat de virtute illorũ. Ad propoſitum. Approximare deo. anima mia cara: non fit paſſibus corporis ſed affectibus mentis: vt ponit Ber. ſuper Geñ. 17. Ambula coram me ⁊ eſto perfectus. Tribuis elemoſinam pauperi: paſſum vnum inceſſiſti apud deũ. Et ſic de ſingulis. Et quãto quis eſt deo proximior: tanto eſt dignior ⁊ perfectior. Chriſtus eſt principium gratie ⁊ origo omnium gratiarum atqꝫ bonorum. Jo. iº Gratia ⁊ veritas: per ieſuz xpm facta eſt. Sed nullus fuit preter virginem huic principio xpo vicinior atqꝫ propinquior: qꝫ collegium apoſtolorum: qui imediate a xpo fuere edocti de omnibus ſecretis vite eterne. Hieronymus ad Paulinũ. Qđ alijs exercitatio. ⁊ quotidiana in lege dei meditatio tribuere ſolet: hoc illis ſpũs. s. ſuggerebat. Joannes ruſticus ⁊ piſcator indoctus. Et vnde vox illa obſecro In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deũ: Hoc Plato neſciuit. Hoc Demoſthenes ignorauit. Ille. Fuit eis reuelatũ: ſecretũ totius trinitatis. Unde xps quadã vice vocauit apoſtolos d. Jo. 15. Uos autem dixi amicos: q2 omnia q̃ audiui a prẽ meo. nota feci vobis. Et. ꝑ. Jo. pº. de ſe ⁊ alijs dicꝭ. Quod fuit ab initio. quod vidimus. quod audiuimus. annunciamus vobis. O ſecretar dei ſpirito ſcõ. Non imero. Q2 vt habet philoſophus. 8. Eth. Nihil eſt tam proprium amicorum: qꝫ ſimul conuiuere ⁊ cõuerſari. Cum xpo dormiuerunt. biberunt. comederunt. confabulati ſũt que omnia erãt amicitie. Hi ſẽ q miranda viderunt in ipſo xpo: cecos illuminare. mortuos ſuſcitare. infirmos ſanare. a faza viderũt eũ. O priuilegiuz apoſtolorum: videre xpm oculis corporis. O ſetu lo vedeſſe. Refert Aug. liº de Ci. dei. ꝙ tria concupiuit videre. Primo romaz in ſuis triumphis. De qua Lucanus. Roma quanta fuit: ipſa ruina docet. Secundo Paulum predicantem. Tertio xpm in carne. Adam vixit annis. 90030. Noe. 90050. Jareth. 90062. Mathuſalem 90069. ſed non viderunt ipſum in carne: quem tantopere deſiderarunt. Iſti autem ſic. Unde dixit eis Luc. x. Beati oculi qui vidẽt q̃ vos videtis. Dico eni vobis ꝙ multi prophete ⁊ reges voluerunt videre que vos videntes: ⁊ non viderunt. Fuerunt ergo maiores: q2 proximiores. De his Dañ. 61. liº. Para.

Queſti altri fochi tuti contemplãti.
Homini furo acceſi di quel caldo.
Che fa naſcere e fiori e fructi ſancti.

Unde patet prima rõ. ¶ Secundo ratione ⁊c̃. Concluſio eſt Tho. 3. par. q. 27. ar. 4º. Qđ vnicuiqꝫ datur gratia ſꝫm illud ad qđ eligitur. Exempli gratia. de archa Noe. quam gr̃a dei perfecit. De Moyſe ad pharaonem. Ad propoſitum. Apoſtoli fuerunt dicti: vt eſſent tube in eccleſia dei. ⁊ ambaſiatores diuini nominis. ⁊ ſuper oẽs idonei Unde. 2. Cor. 3. c. in perſona omnium apoſtolorum

ſtolorum. Idoneos nos fecit miniſtros no/
ui teſtamenti. Hi fuerunt miſſi ad predi/
candum. ad baptizandum. ad docendum.
Mat. 18. Euntes docete omnes gentes. ba
ptizantes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpi/
ritus ſancti. Et vt dicit Alber. ſuper Luc.
Chriſtus miſit illos cum illa auctoritate q̄
pater miſit filium ſuum. Jo. 20. Sicut miſit
me pater. ſ. cum eadem auctoritate: ꝛ ego
mitto vos. O quomodo ſtaret mundus ni
ſi fuiſſent apoſtoli: Qui ſuis ſermonibus
mundum conuerterunt. De his figuratiue
fuit dictum Jere. 16. Ego mittam vobis pi/
ſcatores ꝛ piſcabuntur. Ubi dubium queri
tur. Quare non ſunt electi homines probi
ad officium apoſtolatus: ſed ſimplices ꝛ pi
ſcatores: Reſpondet Alber. ſuper Luc. ꝙ
triplici ratione. Sed vnam tm̄ adducaꝫ in
preſentiarum: vꝫ: propter fidei veritatem.
Non elegit ſapientes phōs. aut doctores:
ſed viros indoctos: ad veritateꝫ fidei com
probandam. Que ſi a ſapientibus fuiſſet
introducta: aſcribi potuiſſet ſcientie ꝛ pro/
bitati illorum. Sed indoctos elegit: vt veri
tas fidei manifeſtaretur. Apoſtolus. i. Cor.
i. Uidete fratres vocationem veſtram: qm̄
non multi nobiles ſm̄ carneꝫ. non multi po
tentes. non ſapientes: ſed que ſtulta ſunt
mundi. elegit deus: vt confundat fortia. Il
le. Et Chꝛ. ſuper ps. Apoſtoli ſine litteris
idiote ꝛ ſimplices: deſtruxerunt omnes ini/
micos xp̄i. Et ſic falſa eſt ſententia Porphy
rij. Qui dixit tres fuiſſe garrulatores. qui
totum mundum ad ſe conuerterunt. Pri/
mus fuit Moyſes in populo iudaico. Se/
cundus machometus. Tertius xp̄s. Unde
patet ſcd̄a rō. ¶ Tertio rōne ꝛc̄. Quicun/
q̄ʒ receperunt ſpū͂ʒ. s. excellenti9: ꝛ abūdāti9
hi profecto ſunt perfectiores coram deo. Sꝫ
apoſtoli ſpūm ſanctuꝫ receperunt ꝛ tempo
re prius. ꝛ ceteris abundantius. Ideo ſunt
maiores. Act. 2. Repleti ſunt omnes ſpū ſā
cto ꝛ ceperunt loqui. Super quo Alber.
Quadruplex ē plenitudo ſpūs ſancti. Pri
ma eſt effluentie. que ſola fuit in xp̄o. De
qua Jo. i. De plenitudine eius omnes acce
pimus. Secunda eſt excellentie. que ſola fu
it in maria. De qua Lu. 2. Aue gratia ple
na. Tertia ē ſufficiētie q̄ pleni ſunt oēs ſan
cti. De qua Luc. i. Et Zacharias pater ei9
impletus eſt ſpū ſancto. Quarta eſt abun/
dantie. que fuit in apoſtolis. qui pre cete/
ris fuerunt pleni. Unde ex hoc: nullus po/
teſt apoſtolis equiperari. Glo. ſuper illud
Conſtitues eos principes ſuper ꝛc̄. Beate
virgini. nulla mulier comparatur: ſicut nec
aliquis ſanctus pōt apoſtolis compari. Il/
le. E per che frate Gabriele: Quia fuerūt
eccleſie fundatores. Apoc. 21. Murus ciui
tatis hieruſalem habens fundamenta. 12.
Et nomina. 12. apoſtoloruꝫ erant in eis ſcri
pta. Et Mat. 16. Tu es petrus ꝛ ſuper hāc
petram edificabo eccleſiam meam. Ubi di
cit Albertus ſuper Luc. ꝙ xp̄s in hac vita.
quinq̄ʒ habuit. ¶ P° corpus qđ tradidit
iudeis. ¶ Scd̄o aīam quā patri cōmiſit.
¶ Tertio ſbaꝫ tpalē: quā tradidit iude.
¶ Quarto matrē: quā Joāni donauit.
¶ Quinto eccleſiā: quā ſolū Petro ꝛ apo
ſtolis cōmiſit. Sunt ergo maiores. In hui9
ſignum: eccleſia in ſuis cerimonijs poſt ſū/
mum pontificem qui eſt eccleſie caput: im/
mediate collocat cardinales: qui ſunt pre
ceteris digniores. Quod iō facit: q2 papa
in eccleſia xp̄m repreſentat: cum ſit eius vi
carius: vt patꝫ di. 20. §. vlt. Cardinales au
tem loco apoſtolorū ponuntur. Ex quo pa
tet: ꝙ apoſtoli in eccleſia poſt xp̄m ꝛ eius
matrem: primum locum tenent. Prete/
rea eccleſia in cantico. Te deuꝫ laudam9
poſt cherubin ꝛ ſeraphin: āte patriarchas
ꝛ prophetas: ſequitur apoſtolorum chor9.
Canta. Te glorioſus apoſtolorum chorus.
Concludamus ergo ſic. Ubi eſt maior gra/
tia: ibi maius meritum: per conſequens
ꝛ gloria. Quanta eſt gratia: tanta eſt chari
tas. Quanta eſt charitas: tm̄ eſt meritum.
Quantum eſt merituꝫ: tm̄ eſt premiū. Apo/
ſtoli fuerunt huiuſmodi. Igitur patet con/
cluſio noſtra. Ad ſolutionem arg. Unica re
ſponſio nobis ſufficit. que ē Joānnis Sco
ti in. 4. ſen. ſic. Perfectio ꝛ ſāctitas vite ali
cuius: non conſiſtit principaliter in pauper
tate: aut in patientia: aut humilitate: ſed in
charitate: iuxta illud apoſtoli. Sup omnia
charitatem habete. quod eſt vinculum per
fectionis. Et de pe. di. 6. Sine charitate: nō
eſt ſalus. Et ratio. Quia paupertas vel
vite auſteritas ꝛ huiuſmodi: non notant ꝑ/
fectionem: nec hominem perfectum faciūt:

eã ſunt inſtrumẽtã īnuãntia ad perfectio
nem: vt habet etiam Th. Non ſequitur ꝙ
Joannes baptiſta aut alius ſanctus viuẽ
do in maiori paupertate q̃ xp̃us: ꝙ fuerit
xp̃o perfectior. Abſit a ſeculo. In propoſi
to. Si aliqui ſancti inuenti ſunt qui maio
ra egerint q̃ apoſtoli: non propter hoc fue
runt perfectiores. Quia fundamentū om
nium virtutum eſt charitas. Et ipſi ſuper
omnes eam habuerūt. Plus meruit petrus
relinquendo nauiculam: q̃ Zacheus dan
do tot diuitias. Quia cum maiori charita
te hoc egit. Sic dico de alijs. Unde Grego.
ſuper verbo. Mat. 4. Relictis retibus ⁊c̃.
Multum dedit qui totum reliquit. Unde
patet. In vitis patrum legitur d̾ quodam
patre qui optabat informari cum quo erat
glorificandus in celo. Reſpondit angelus.
Cum Gregorio papa. Reſpondit. Or abū
dauit diuitijs: ego autem pauper. Reſpon
dit angelus. Tu magis delectaris in vna
gatta quam habes in cella: q̃ Greg. in om
ni gloria ſua. Ad propoſitum de apoſtolis.
Unde patet ꝙ ſunt maiores. Et ſic per con
ſequens debent plus honorari. Sed plus
hodie ſancti noui venerantur. ⁊ veteres re
linquuntur. Faceçia de preſbytero qui cru
cifixum veterem flebat. O crucifixe vetus
doleo ſuper te valde. Surrexit crucifixus
nouus g ⁊c̃.

t Ertium dicitur ⁊c̃. Tres ſunt ope
rationes quas apoſtoli ſunt opera
ti in preſentiarum.

¶ Prima. dicitur predicatio.
¶ Secunda. dicitur miraculorū patratio.
¶ Tertia. dicitur martyrij conſumatio.

¶ Prima dicitur ⁊c̃. Ad hoc officium fue
runt precipue electi apoſtoli. tanq̃ primi p̄
dicatores. ⁊ fūdatores eccleſie. Jo. 15. Ego
vos elegi de mundo: vt eatis ⁊ fructum af
feratis ⁊ fructus veſter maneat. Et poſtq̃
reſurrexit a mortuis. dixit eis. Mar. vlt. Eū
tes in mundum vniuerſum predicate euā
gelium ⁊c̃. Mat. vlt°. Euntes docete om
nes gentes. Ex hoc officium predicationis
dicitur apoſtolicum: ad quod aſſumi non
debent niſi perſone ſufficientes. Fiat prat
tica. Apoſtoli habuerunt principatum in
toto mundo: iuxta illud Conſtitues eos p̄n
cipes ⁊c̃. Albertus ſuper Luc. Andreas fu
it princeps populi achaienſis in grecia. Ja
cobus maior p̄ceps populi hiſpanie. Tho
mas: indie. Philippus: ſcythie. Bartholo
meus: indie minoris. Mattheus: ethiopie.
Symon: meſopotamie. Tadeus: egypti.
Matthias: iudeam in ſortem accepit. Pe
trus princeps totius eccleſie. Unde Chri
ſoſto. ſuper Mat. Tria totus mundus mi
rabatur. Primum xp̄m poſt mortem reſur
rexiſſe. Secundum carnem in celum aſcen
dere. Tertium duodecim apoſtolos piſca
tores: totum mundū conuertiſſe. Illc. Se
cundū opuſ. ⁊c̃. Scd̄m Th. 22. q. 178. De
us miracula fecit maxime propter tria.
Primo propter ſanctitatis alicuius demō
ſtrationem: quem pro merito vite vult alijs
preponere in exemplum ſue virtutis vt fe
cit de Antonio: ⁊ de alijs ſanctis. Secun
do miracula fecit: vt fidem approbet. Glo.
ſuper illud Ut det illis hereditatem genti
um. Hec fuit intentio miraculorum. vt gen
tes crederent. Que quidem miracula non
ſunt in alia natione: niſi in catholica. Ter
tio miracula facit deus ad confirmandam
virtutem predicatam: ⁊ ſic ſunt facta mira
cula ⁊ ſigna predicantibus apoſtolis. Qui
ſuper omnes: miraculis ⁊ ſignis claruerūt.
Nam poſt chriſti paſſionem maiora mira
cula fecerunt in virtute nominis xp̄i: q̃ fe
cit ipſe chriſtus: ſcd̄m ꝙ ipſe promiſerat eis.
Joannis. 14. Qui credit in me: opera que
ego facio ⁊ ipſe faciet: ⁊ maiora horum fa
ciet. Quod patet. Maius miraculum fuit
ꝙ ad vmbram petri infirmi ſanarent̄ q̃ ꝙ
ad tactum: martha ſanaretur a fluxu ſan
guinis. Maius miraculum fuit: ꝙ Paulus
Dionyſium conuerteret: q̃ ꝙ chriſtus La
zarum ſuſcitauerit. Maius miraculum fu
it. ꝙ Roma ad vocē vnius piſcatoris omiſ
ſis ſecularium ſtudijs. ⁊ depoſita omni infide
litate: ad chriſtum ſe conuerterit: q̃ ꝙ chri
ſtus filium vidue ſuſcitauerit. O miraculū
miraculorum. O trumba del paradiſo. O
gubernatori dela ſancta gieſia. O veri pa
dri ⁊ amatori de xp̄iani. O ſplendore del te
nebroſo mūdo. O portatore del triumphā
te vexillo, dela ſancta croce. Tertium
opus eſt martyrij conſumatio. Apoſtoli an
teq̃ haberent ſpiritum ſanctum erant debi
les in fide. Unde Leo papa Ante aduen

tum ſp̄us

tum ſpūs ſancti ſub ipſo crucis dominice
tempore: alij ex diſcipulis effugant. alij vni
us voce ancille terrent. Ille. Sed poſt ſpūs
ſancti confirmationem. conſtantes fuerunt
ad omnia ſuſtinenda. Act. 5. Ibant gaudē
tes a conſpectu ⁊c. Et ad Ro. 8. Quis nos
ſeparabit a charitate chriſti: quaſi. d. nihil.
Nullū genus tormentorum intactum re/
manſit. Petrus crucifixus. Paulus decapi
tatus. Unde Rabanus ſermone omnium
ſanctorum. Apoſtolis eſt ſubiectum trium/
phale martyrum nomen: qui per diuerſa
tormentorum genera chriſti nomen vbiꝗ
profeſſi ſunt. Unde patet propoſitum.

¶ Hiſtoria ſancti Andree ſuccincta.

¶ Poſt domini aſcenſionem: apoſtolis diſ/
perſis per mundum ad predicandum euā
gelium: Andreas in Achaiam ingreditur
⁊ ipſam eccleſijs repleuit. Ut ⁊ Rex hiſpa
nia in granate expulſis infidelibus. Ipſū
lauda ſuper omnes principes. Et populū
ad xp̄m conuertit. Et ſuper omnia: vxorē
Egee proconſulis romani ad fidē conuer
tit: atꝗ eā baptizauit. Audiens hoc Ege
as: iratus ingreditur ciuitatem que dī pa/
tras: ⁊ xp̄ianos omnes compellebat ad ſa/
crificia idolorum. Cui occurens Andreas
d. Oportebat vt tu qui iudex hominum eē
meruiſti: iudicem tuum qui in celis ē agno
ſceres ⁊ agnitū coleres. ⁊ colendo animū
tuum ab his dijs penitus reuocares. Cui
Egeas. Tu es Andreas qui ſuperſtitioſā
ſectā predicas: quā romani principes iuſſe
runt exterminari: Cui Andreas Romani
principes non cognouerunt quomodo dei
filius veniens in mundū. docuerit idola eē
demonia. Reſpondit Egeas. Qr docuit h:
cruci ē affixus merito a iudeis. Cui Andre
as pro noſtra ſalute: nō pro ſua culpa mor/
tuus eſt. Quod patꝫ per ſcripturas Iſa. 53.
Omnes nos quaſi oues errauimus. ⁊ do/
minus poſuit in eo omnium noſtrum iniq/
tatem. Cui Egeas. Niſi mihi obtemperaue
ris o Andrea: ipſam crucem te faciā expe
riri. Reſpondit Andreas. Si crucis patibu
lum abhorrerem: crucis gloriam non predi
carem. Eccleſiaſtici. 4. Pro iuſtitia agoni/
zare. Et in. 6. Eth. Duobꝰ exiſtentibꝰ ami/
cis ſanctum eſt honorare veritatem. Extra
de re. iu. in. 6. Si de veritate ſcandalum na
ſcitur: tutius ſcandalum naſci permittitur
ꝗ veritas relinquatur. Iratus Egeas: ipſū
in carcerem poſuit. Et mane facto: pro tri/
bunali ſiſtitur: ⁊ ab ipſo inuitatur ad ſacri
ficium idolorum. Aliter ꝙ ipſum ſupplicijs
grauibus afficiet. Cui Andreas. Quicquid
uis fac: quia tanto domino mō ero gratior
quanto fuero in tormentis conſtantior. Ad
hoc propoſitum. Cicero. pᵒ Tuſcu. q. d. De
Theodoro: che eſſēdo menezato da Liſſi
maco re de farlo morir in cruce. Reſpōdit
voce viua. Iſtis tuis purpuratis. iſta hor
ribilia minitare ꝗſo. Theodoro nihil inter
eſt humi: an ſublimi putreſcat. Unde iuſſit
a. 20. hominibus ipſum cedi: ⁊ ceſum mani
bus ⁊ pedibus cruci alligari. vt ſic longio/
rem cruciatum reciperet. Cum ad crucem
duceretur factus eſt concurſus populorū
d. Innocens eius ſanguis effunditur. ſine
cauſa damnatur. Uidēs crucē a longe eā
ſalutauit. d. Salue crux p̄cioſa q̄ in corpo
re xp̄i dedicata es. ⁊ ex mēbris eius tanꝗ
margaritis ornata. O bona crux diu deſi
rata. accipe me ab hoībus ⁊ redde me ma
giſtro meo xp̄o: vt per te me recipiat qui ꝑ
te me redemit. Hec dicēs exuit ſe ⁊ veſtes
miniſtris dedit. Sicꝗ eū in cruce vt iuſſū
fuerat ſuſpenderunt. In qua biduo viuēs
20. millibus hoīum aſtantium predicauit.
Minante aūt turba Egee mortem ⁊ dicē
te. Virū ſanctū manſuetum ⁊ piū non de
bere iſta pati: venit vt ipſum deponeret.
Quē videns Andreas d. Quare ad nos
veniſti Egea: Si pro pnīa. ipſam cōſeque
ris. Si aūt vt me deponas ſcito ꝙ viuꝰ de
cruce non deſcendam. Iā enim video regē
meum qui me expectat. Et cum vellēt eum
ſoluere nullo modo potuerunt ad eū ptin
gere. Tūc ſplendor nimius de celo veniēs
dimidia hora eum circundedit: ita vt nul
lus eum videre poſſet. Et abſcedē de lumie
ſpiritum cum lumine ſimul tradidit. Ma/
ximilla vero tulit corpus eius ⁊ optimo lo
co cum aromatibus ſepeliuit. Egeas antē
aꝗ domū rediſſet arreptus a demone in
via corā omnibus expirauit. Felix igitur
⁊ glorioſiſſimus fuit illius martyrij finis:
dum andreas per illud meruit ſecreta ſcā
dere celi: vbi cum chriſto fruitur eterna pa
ce in ſecula ſeculorum.

¶ In feſto conceptionis.b.virginis marie.
In quo ſmone exploditur ac ɔſutatur im-
pia opinio quorūdam vulgarium ignoran
tium. Et vera aſſeritur: ſm dicta omniuz ſa
pientum et marie ſanctorum doctoruz chri
ſtiane religionis.

Qui elucidāt
me: vitaz eternā habebūt.
Eccleſiaſtici.24. ¶ Quanta
ſit marie virginis laus. di-
gnitas.et excellentia: nulla
pura creatura enarrare poteſt. Aug. i quo-
dam ſmone. De te o virgo maria quid di-
cam pauper igenio: quū de te quid dixero
minor laus eſt: ꝙ tua dignitas mereat. Si
celum te vocem: excelſior es. Si matrē gra-
tiarum dicam: precellis. Si formam dei ap
pellem: digna es. Si dn̄am angelorū te cla
mitē: per omnia ſic eſſe probaris. Quid er-
go dicam. quidue referam: cū non ſufficiat
ligua carnis. tuas enarrare virtutes: Ille.
Ideo ipſa de ſe ait. Qui elucidant me: hoc
eſt qui me venerātur. qui me laudant. qui
me inuocant: vitā eternam habebunt. Ue-
rum quia quidam falſo illam laudare vi-
dentur aſſerentes eam ſine originali conce
ptā: de hac cōceptione erit ſermo. In quo
tria ſunt videnda per ordinem.
¶ Primum. dicitur opinionis.
¶ Secundum. dicitur declarationis.
¶ Tertium. dicitur confirmationis.

Rimum dicitur etc. Queritur dubi
d um. Uerum virgo maria. ſit conce-
pta in peccato originali: Circa hāc
difficultatem: due ſunt opiniones famoſe.
Una dicit ꝙ non. alia ꝙ ſic. Quas videbi-
mus per ordinē. Sed prius videamus bre
niter: quid eſt peccatum originale: vt ſic in-
telligamus materiam. Egydius in tracta-
tu de peccato originali. Et Tho. i.2.q.82.
ar.1°. In.2°.di.30. In.4° di.43.a.4°. Pec
catum originale eſt carentia iuſtitie origi-
nalis. Ille. Aduertendū eſt ſm theologos:
ꝙ deus fecit hominem rectum: iuxta illud
Eccl'i.15. Inueni ꝙ deus fecit hoīem rectū.
Quia. ſ. in eo omnia inferiora erant ſubie-
cta ſuperioribus. Caro enim in eo erat ſub
iecta. ſ. anime. Quia nullus morbus, nulla
paſſio. aut indiſpoſitio. poterat inſurgere in
carnez que anime ipſius repugnaret. Pre
terea vires inferiores erant ſubiecte ſuper
ioribus: vt concupiſcibilis et iraſcibilis. ita
erant ſubiecte menti et rationi: vt nihil i eis
iſurgeret. niſi ſm dictamē rōnis. Iſte ordo
dicebat iuſtitia. Quia iuſtum eſt vt inferio
ra ſuperioribus ſubijciantur. Dicitur ergo
in diffinitione. Eſt carentia iuſtitie. Diceba
tur autem hec iuſtitia originalis: qꝛ erat in
poſteros ꝑ originem transferenda. Adam
ergo peccante et a ſuo ſupiore ſe auertēte.
ordo rationis poſcebat. ꝙ cū ipſe nollet ſuo
ſuperiori eſſe ſubiectus. ꝙ eius inferiora ſu
perioribus rebellarēt. Propter quod caro
ſtatim cepit rebellare anime. et inſurgere i
corpore contrarie diſpoſitiones ipſius for-
me. ideo Adam qui potuit nō mori. ſi non
peccaſſet: eo peccante neceſſitatem habuit
moriendi. Quādiu ſtetit adam in ſua recti
tudine: poterat non mori. et poterat nō pec
care. Poterat non mori: qꝛ eo ſic ſtante: ni-
hil inſurrexiſſet in corpore quod repugna-
ret anime. Poterat nō peccare: quia vires
inferiores. erant omnino ſubiecte ſuperiori
bus. Acceperat enim Adam propter hanc
originalem iuſtitiam vt poſſet ſtare. Pote
rat eni pcā vitare. Eo āt peccāte et a deo ſe
auertente perdidit hanc originalē iuſtitiā.
et hanc rectitudinē qua inferiora ſupiorib9
erant ſubiecta. Et qꝛ huiuſmodi rectitudi
nem peccādo ꝑdidit. nō potuit in poſteros
eā transfundere. Hoc eſt ergo pcm̄ origina
le quod dicimus: qꝛ ipm̄ origine ɔtrahim9
ſcz carētia huius rectitudinis. huius iuſtitie
originalis: cū debito habendi eā. Secūduz
cuiꝰ ordinē nature iiuſtitie. neceſſaria erat
iuſtitia originalis ad ſalutem ɔſequendā.
Qꝛ ergo ea caremus et eā tenemur habere
vt ſumus mēbra ade. Priuatio vel carētia
originalis iuſtitie cū debito. habēdi: eſt pec
catū originale. Et ſic pz denominatio hui9
vocabuli. Nōnulli tenēt virginē fuiſſe immu-
nem ab hoc. Quā ɔclusionez ꝓbant tripl'r.
Rōne. Auctoritate. Exemplo. Prima ra
tio hec eſt. Uirgo maria in matrem dei ele
cta. erat exaltanda ſuper omnes angelos
vt eccleſia canit. Exaltata es ſancta etc. Sz
angeli fuerunt preſeruati ab omni peccato
Igitur et virgo maria a fortiori: um eſſet
ſuperior

2.rō.Abſurdū eſt credere virginem mari
am fuiſſe aliqñ in odio ⁊ indignatione filij
ſui xp̄i ⁊ obligatam ſupplicio.cū eſſet ma-
ter cariſſima. Sed per pctm̄ originale per
ſona dr̄ filia ire ⁊ deputata et̃no ſupplicio.
Igitur ⁊c̃. 3.rō ⁊c. Uirgo maria dēbat fie
ri ſpēale hitaculum dei.q̃ debebat ſpēalius
preparari. Sed ſi ꝯcepta fuiſſet in pctō ori
ginali:non fuiſſet ſpēalius preparata. igit̃
non fuit ꝯcepta. 4.rō.Qđ deus potuit fa
cere ⁊ decuit:fecit. Sed ds potuit ⁊ decuit
facere ipſuꝫ. ꝙ ꝟgo maria ſine originali cō
ciperet̃.igitur fecit. 5.rō.Nulla dignitas
ꝯueniens virgini.eſt ab ea auferenda. Sꝫ
concipi ſine pctō originali: erat ꝯueniens
ꝟgini.igitur non fuit ⁊c̃. 6.rō.Dr̄.ff.de of
ficio q̃ſtoris.l.i.Illi opi ſtandū eſt:q̃ plimo-
rum teſtō ꝓbatur.Et phs liᵒ de ſom.⁊ vig.
Qđ ab omnibus vel plībus dr̄: fidem hēt
ꝙ ita ſit.Et.1ᵒ.eth. Fama quā oēs famant
vel exclamāt:nō pōt in toto eſſe falſa. Ad
propoſitum. Sꝫ quaſi oēs ⁊ maxime vulgꝰ
tenēt vel exclamant ipſā ſine pctō origina
li ꝯceptam.igit̃ ⁊c. De centū.94. hanc te-
nent opinionē.igitur ⁊c. 7.rō.Feſtū nō ce
lebratur:niſi de re ſcā. Sed feſtū conceptio
nis ipſius celebrat̃.igitur fuit ſcā:ex ꝯſeq̄n
ti ſine pctō originali.igitur ⁊c. 8.rō.In-
dulgentie non dant̃ niſi p re ſcā. Sꝫ Sixtꝰ
pp̄.4ᵒ.dedit celebrantibus ꝯceptionē in-
dulgentiam per totam octa.igitur fuit ⁊c.
9.rō.Miracula non pñt fieri: niſi a ſcis.
Sꝫ ꝯceptio ꝟginis fecit ⁊ ꝯtinue facit mul
ta miracula.q̃ ꝯtinue recitantur a predica
toribus.igitur iſta ꝯceptio fuit ſcā. x.rō.
arguunt qdā. Illud qđ eſt p angelū reuela
tum:eſt firmiter tenendū. Sed.b.ꝟginem
fuiſſe conceptam ſine pctō.fuit a deo reue-
latū:vt pꝫ de q̊dam helſino abbate.q cuꝫ
in medio mari fluctibus mergeretur.appa
ruit ei angelus d. Qđ ſi voluiſſet annuatiꝫ
celebrare celebrandāq; predicare ꝯceptio
nem ꝟginis.a naufragio liberaretur. At il
le cum ſe hoc facturuꝫ promiſiſſet. ſtatim ſe
data tempaſte.ſaluus cū vniuerſa comiti-
ua in p̄riam reuerſus eſt. Pꝫ de primo. 2ᵒ
arguūt auctībus. Primo Aug.liᵒ de natu
ra ⁊ gratia. Excepta virgine maria: cuꝫ de
pctīs agitur. pp honorem dn̄i nullam volo
prorſus habere q̃ſtionem. Preterea Th.
in.1ᵒ.ſñ.di.44.q.3.Btā virgo ſp immunis
ab oi pctō orig.⁊ actuali fuit. Prete.indu
cunt.s.Dñicum de q̊dā liᵒ quem edidit de
corpe xp̄i ꝯtra Albigenſes:ſic d. Sic primꝰ
Adam fuit in aꝫ damaſceno de terra ꝟgi-
nea ⁊ imaculata formatus:ſic 2ꝰ Adam.ſ.
xp̄s fuit de carne ꝟginea ⁊ imaculata ꝯce-
ptus. Prete.Anſel. in epl̄a ad coepōs an
glie.de celebranda ꝯceptōe. Non ē deuotꝰ
nec ꝟus amator ꝟginis.qui reſpuit colere
feſtum ꝯceptiōis. 3ᵒ ⁊c.De illo p̄dicatore
q Toloſe p̄dicās ꝯtra hanc ꝯceptōꝫ. exiēs
de pulpito qdam canis niger affuit.q ipſū
fratrem deuorauit. Et ſic pꝫ prima opinio.

s Ecundū dr̄ ⁊c.Opiᵒ.2.dicit oppm̄
Et ꝓbat intentū ſuū duplici meᵒ.
¶ Primo.ratione theologali.
¶ Scdo.auctoritate legali.

¶ Pᵒ rōnibus plimis efficaciſſimis. Pria
hec eſt. Id qđ maxime reſiſtit fidei nr̄e eſt
ipiū ⁊ crudele.⁊ oio non tenendū.imo reſ-
puendū:q2 eſt reſiſtere ſpūi.s. Sed dicere
.b.ꝟginem fuiſſe ſine pctō orig.ꝯceptam.ē
reſiſtere fundatiſſime fidei.igitur fuit ꝯcep
ta in pctō orig. Maior eſt ꝟa. Minor ꝓbt̃
Augu.in.5ᵒ.liᵒ ꝯtra Iulianuꝫ.Oēs hoies
vulneratos eſſe pctō ꝓthoplauſti.apl̄s ap
probat cū d. Oēs.n.peccauert̃ ⁊ egent gr̄a
dei. Dicendo oēs.nullū excepit:ſꝫ totū dcla
rauit genus hūanū. Peccauerūt.n.oēs. cū
ex vno pctōre oēs naſcātur pctōes. Uos āt
dū aliqueꝫ excipitis.reſiſtitis fundatiſſime
fidei. vbi apl̄s ait. Per vnū hoiem. pctm̄ in
trauit in mundū.⁊ p pctm̄ mors.⁊ ita i oēs
pertranſijt: in q̊ oēs peccauerunt. Nunqđ
h̄ fl̄a ſunt? Quis audeat hoc dicere: niſi di-
uinoꝝ eloqoꝝ aptiſſimus inimicus? Ideꝫ
in epl̄a ad Optatū de origine aie. Illđ vbi
p maxime fides xp̄iana ꝯſiſtit:eſt vt creda-
mus ꝙ p vnū hoiem pctm̄ intrauit in mun
dū.⁊ p pctm̄ mors.⁊ ita in oēs ꝑtranſijt:in
q̊ oēs peccauerūt. 2.rō.Cōtradicere ſacre
ſcripture.eſt erroneū ⁊ ipiū: vt dr̄ in decre.
di.9.cᵒ.Ego ſolis.cᵒ.Quis neſciat.c.Si ad
ſacras.Et.24.q.3.c.Quidā āt.Et.c.drn̄iſ.
Sꝫ dicere ꝟginē fuiſſe ꝯceptā ſine pctō ori
ginali:eſt ꝯtradicere ſacre ſcripture. igitur
fuit ꝯcepta ⁊c̃.Quid dicis o Puule? Ro.3.
Oēs peccauerunt. Et.c.5. Per vnū ⁊c̃. Su
per quo Aug. Apl̄s dicendo oēs.nullū ex-

cepit:quin imo totum genus declarauit hu
manū Ille. Cur o pater Aug. non excepiſti
hic matrē dei. cum de illa fueris deuotus:
Reſpondet. Non poſſum in hoc loco:q2 in
numero alioꝝ eſt. In quo oēs inquit apl's.
Excepi eam qñ debui:vt qñ locutus ſum d
peccato actuali. Et vbi ſo pater Auguſtine:
In libro de natura ꝛ grã:vt etiā ponitur a
magr̃o in. 3°. di. 3. Si oēs ſancti ꝛ ſancte cū
hic viuerēt interrogati fuiſſent. an pctm̃ ha
berent:oēs vna voce clamaſſent. Si dixeri
mus q2 pctm̃ nō habemus ipſi nos ſeduci
mus ꝛ veritas in nobis nō eſt. Ubi Augu.
loqr̃ de actuali. nō origīali peccato. vt qdā
garrulant. Uñ pȝ rō. Tertia rō. Nullus
dānatur pena mortis niſi ex peccato origīa
li. Pȝ Gñ. 2. vbi di. Morte moriemini. Uir
go maria mortua eſt: Immo pater:q2 eccle
ſia ꝯſitet̃. igitur fuit ſubiecta morti. Mors
fuit pena pcti originalis. Ipſa cū aliꝗs mor
tua eſt. igitur fuit concepta in originali. De
chriſto dicitur:ꝙ pro nobis. Quarta rō.
Attribuere virgini quod eſt ſolius xp̄i. eſt i
piū ꝛ nephariū:ſed ꝯcipi ſine originali. ē
ſolius xp̄i. igitur ꝛc. Uñ Bon. in. 3°. diſ. 3. q.
1. ar. 2°. Non. n. oīs honor q attribuit̃ filio.
attribuendus eſt matri. Q2 ſic non eſſet vir
ginem honorare:ſed potius contumeliā fa
cere. Et Ber. Uirgo regia:falſo nō eget ho
nore. veris honoꝝ titulis cumulata. O pa
ci ſeculari:qui putant virginē honorare. et
ipſā vituperant. Quinta rō. ꝛ vltima erit.
Aſſerere ꝯtrarium ꝛ oppoſitum eius quod
fere oēs famoſi doctores tenent. eſt impiū ꝛ
temerariū. Sed. b. virginē non fuiſſe conce
ptam in peccato originali eſt oppoſitū ei⁹.
quod fere oēs doctores tenēt. igitur dicere
virginē non fuiſſe conceptā in originali eſt
impiū. Uñ Glo. ſup. c. Decimā. de decimis:
vbi dicit Innocētius. Opīonibus magr̃oꝝ
non vult derogare. Et de reſtitutionib⁹ ſpo
liatoꝝ. c. Litteras. Et. ff. de origine iuris. l.
2. §. Poſt originē. Unde quod a pluribus
ꝛ precipue ſapientibus dicitur. firmiter eſt
tenendū: ꝛ illud negare eſt temerariū. Ad
ꝓpoſitum. Non ſolum antiqui doctores:ſꝫ
etiā poſteriores. tenuerunt ꝛ in ſcriptis re
liquerunt. ꝙ virgo. b. ꝛ oēs homines preter
chriſtum in ſui conceptione peccatum con
traxerunt. Quod patet triplici teſtimonio
in preſentiarum.

¶ Primo. eccleſie doctorum.
¶ Secundo. canoniſtarum.
¶ Tertio. religionum.

¶ Primo Auguſtini in. 6. cōtra Julianū.
Omnes ad mortē per adam. omnes ad vi
tam p xp̄m. Q2 ſicut in adam omnes mori
untur:ita ꝛ in chriſto omnes viuificantur.
Uos aūt dum non omnes ſed multos ſiue
per adam condēnatos. ſiue per xp̄m libera
tos vultis intelligi. horrenda peruerſitate
chriſtiane religioni eſtis infeſti. Ille. O Gre
gori quid dicis in. xij. moral': Nullus ſine
peccato fuit:niſi ille qui in hoc mundo ve
nit ſine peccato. O Hiero. quid dicis ſup
illo verbo p̄s. xij. De manu canis vnicam
meā: Unica:eſt anima chriſti:q2 ſola eſt ſi
ne peccato. O Ambro. qd dicis ſup Luc.
2°. Quod enim ex te naſcetur ſanctum. So
lus enim per oīa eſt natus de femina ſcūs:
dominus Jeſus. Et Ber. in ep̄la ad Lug
dunenſes de feſto conceptionis nō celebrā
do. Libēter virgo hoc honore carebit. quo
vel peccatū honorari:vel falſa videtur idu
ci ſanctitas. Nulla enim rōne placebit con
tra ritum eccleſie preſumpta nouitas:mr̃ te
meritatis. filia ſuperſtitionis. ſoror leuitat̃.
Ille. Sic tenet Leo papa:in multis ſuis ſ'
monibus. Sic Anſel. in libro Cur deus hō.
Et Beda in homel'. ſup Miſſus eſt. Caſſio
dorus ſuper p̄s. Ugo in libro de ſacramen
tis. Alanus in expoſitione ſymboli Guilel
mus durandi in rationali diui. offi. Henri
cus de gandauo in quolibetis. Preterea
iteꝝ Aug. in. 2°. contra Julianum. Oēs in
quit hoies illi primoꝝ parentum peccato
naſcuntur obnoxij:hoc qui negat. chriſtia
ne fidei fundamenta ſubuertere conatur.
Una eſt enim oiū catholicoꝝ firma fides:
qui per vnum hoiem peccatum intraſſe in
mundū ꝛ ita in omnes pertranſiſſe. vno cor
de credunt. vno ore fatentur. ꝛ veſtras no
uitias preſumptiones catholica antiquita
te ſubuertunt. Propter quā catholicam ve
ritatem ſancti ac beatiſſimi diuinoꝝ eloqo
rum clariſſimi ſacerdotes Hyreneus. Cyp
anus. Reticus. Olimpius. Hylarius. Am
broſius. Gregorius theologus. Innocēti⁹.
Joannes. Baſilius:quibus velis nolis ad
do Hieronymū preſbyterum:vt omittam
cos qui

eos qui nondum dormierunt aduerſus nos ꝓſerunt de oium hoium peccato originali. obnoxia ſucceſſiõe ſniam. Vñ nemo excipitur: niſi ſolus ille quẽ virgo ſine lege peccati ꝯcepit. Ille. Ad canoniſtas venio Gratianus compilator decreti. De con. diſ. 3. et 4. per totũ inter alia cap. in capitulo Firmiſſime tene. ſic dic̃. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites. ꝙ ois hõ qui ꝑ cõcubitũ viri ⁊ mulieris concipitur: cũ peccato originali naſcatur.

¶ Joannes theotonicus gloſator decreti. De con. diſ. 3. c°. Pronunciandum. Et diſ. 4. ſuper. c°. Per bap. vbi ſic dicit. Feſtum conceptionis virginis marie non eſt celebrandum: qr fuit concepta in peccato ſicut ceteri ſancti: excepta vnica perſona xp̃i.

¶ Joannes andreas doctor bono. ſuper. c. Conqueſtus. Extra de ferijs.

¶ Idẽ dominus Hoſtieñ. in ſũma ſua: Ti. de pe. ⁊ re.

¶ Idem dominus Joãnes calderinus doctor bono. ſuper. c. Conqueſtus. ſupra.

¶ Idem dominus Petrus de bruto in ſuo repertorio. in littera conceptionis.

¶ Ordo minoꝝ Bona. in. 3°. Si beata virgo non habuiſſet aliquod peccatum: nõ fuiſſet chriſti morte redempta: quod eſt impium ⁊ nephariũ.

¶ Alexander de ales doctor piſieñ. in. 3. p. ſũ. dicit. Si. b. virgo maria non fuiſſet cõcepta in peccato originali. non fuiſſet obligata peccato nec pene. nec habuiſſet reatum peccati: ſed qui non habet reatum peccati nõ indiget redẽptione: quia redemptio eſt ſolum propter obligationem peccati vel pene. ⁊ propter reatum peccati. ergo. b. virgo non indiguiſſet redemptione facta ꝑ xp̃m. ꝙ non eſt ſecundũ catholicam fidem ponẽdum. Ille.

¶ Idem tenet Ric. de media vil. in. 3. diſ. 3. Aia igr beate virginis ex ſui vnione ad carnem: originale peccatum contraxit.

Et Nicolaus de lyra ſuper illud Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Bene dixit ſuperueniet in te: qui venerat ſpiritus ſanctus ſuper virginem adhuc in vtero matris exiſtentem: eam ab originali peccato purgando: vt cõmuniter dicitur. Et frater Jacoponus de eodem ordine in laude vulgari: ſic eleganter ⁊ optime loquitur.

O vgine piu che femina: ſãcta maria btã.
Piu che femina dico: ognun naſce nemico
Stãdo nel vẽtre chiuſa: por ch laia ti fo in
Potentia vtuoſa: ſi ta ſctiſicata. ·ſuſa.
La diuina vnctõe. ſi te ſanctiſicoe.
De ogni contagione remanſti illibata.
Lorigine peccato. che adam a ſeminato.
Ognun cũ quel e nato. tu ſey da quel mũdata. Ille.

¶ Idem dicunt doctores ſequentes.
Aluarus hiſpanus: eiuſdem ordinis.
Joannes de rupella.
Robertus canton.
Reginaldus archiep̃s rothomagenſis.
Joannes rigaldi.
Beltrandus de turri. cardinalis.
Bartholomeus de piſis.
Giraldus odonis in libro de figuris.

¶ Ordo heremitarum. Egydius de roma in quolib3. Bta inqt virgo: ſine dubio originale pctm̃ in ſui conceptione contraxit.

Auguſtinus de anchona: ſuper elias Pauli.

Facinus de aſt in. 3. ſen. di. 3.

Gregorius de Arimino in. 2. ſen. di. 30. q. 2. dicit. Scd̃m autẽte3 ſacre ſcripture ⁊ Aug. ⁊ Ambro. ⁊ Anſel. firmiter tenẽdum eſt. virginem in originali peccato fuiſſe conceptã.

¶ Ordo carmelitarum. Guido ep̃s in. 3. q̃ libet. q. 13. Sequendo rationes ⁊ auctoritates canonum ⁊ ſanctorum. ſalua puritate vginis: teneo ꝙ beata virgo fuit concepta in peccato originali.

Et Paulus de peruſio in. 3. diſt. 3. Firmiter tenendum eſt b. virgine3 fuiſſe in originali peccato conceptam: tum qr fuit concepta ꝑ concubitum viri ⁊ mulieris: tu3 quia ſolus chriſtus fuit conceptus ſine peccato.

¶ Ordo cartuſienſium: q per totum orbe3 feſtum hoc non celebrat. niſi ſub nomine ſãtificationis: dicens in prima oratione. Supplicationem ſeruorum tuorum deus miſerator exaudi: vt qui in ſanctificatione.

Idem dñs Joannes calcar in ſermone de natiuitate. ⁊ ceteri alij.

¶ Ordo ciſtercienſium. Oddo abbas in homo. ſuper euang. Stabat iuxta crucẽ ieſu.

Et dñs Anibaldus ſuper. 3. di. 3. ⁊ alij ples.

¶ Preterea doctores ſeculares deuotiſſimi ⁊ in ſcientia famoſi.

Ugo de ſancto victore lib° de ſacramentis li°.2°.p.2.c.6.
Ricardus de ſctō victore.ſuper illud Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.
Petrus Lombardus in ſuo.3.li°ſen.di.3.
¶ Ordo predicatorꝫ.Thō. in.3.p.q.14.ar.3.In.p̄.2.q.81.ar.4.In.2.ſen.di.13.ar.2.
Sic Petrus de Taran.in.3.di.3.
Et Ugo gallicus in.3.di.3.
Durandus in.3.di.3.
Petrus de pal.in.3.di.3.
Albertus in.3.di.3.Dicere inqt.b.virginē non fuiſſe conceptam in peccato originali: eſt hereſis condēnata a b.Ber.ꝛ ab omnibus magiſtris pariſiꝰ.
Herueus generalis ordinis.
Ugo cardinalis in expoſitione Luce.
Nicolaus traueth.
Robertus olcoth.
Martinus qui fecit Cronicas.
Uincentius qui fecit ſpecula.
Jacobus de vorag. Et omnes alij.qui ſūt numero.49.huiꝰ ordinis affirmantes hāc opinionem. Quid vobis vī cines mei ſup hoc: Quare omnes religiones nō pugnant pro doctoribus ſuis: Ecce quot doctores, quot ſapientes hoc affirmant. Sed dicunt emuli noſtri:ꝙ fuit priuilegiata:q̄ꝛ a peccato preſeruata. Oſtendant illud priuilegiū ꝛ eis fidem dabimus.

Tertium principale dī reſponſionis. ad arg. vbi ſupra:ꝛ ad rōnes. Reſpondeo ad ſingula. Ad primum de angelis qui preſeruati fuerunt: multo magis virgo maria. Angeli non hauerunt poſſibilitatem ad ꝯtrahēdū peccatū originale:q̄ꝛ fuerūt oēs imediate creati a deo, ꝛ nō per originem ſeminalr̄ ꝓpagati. ſicut virgo maria.ſed bene habuerūt poſſibilitatē ad peccādū actualr̄.ꝛ ideo non fuerunt p̄ſeruati a peccato originali.ſed ab actuali Q̄ꝛ p̄ſeruatio a malo p̄ſupponit poſſibilitatem eius qui p̄ſeruatur ad illud malū quātum ē in ſe. Et ſic pꝫ reſponſio ad primum.

Ad ſcdm de indignatione filij. Eſſe odioſum deo:pōt contigi duplr̄. Uno modo per actū volūtatis ꝓprie.ꝛ hoc non fuit in virgine. Alio modo non ꝓpria volūtate ſꝫ vterina conceptione ꝓpter inordinatā voluntatem primi pentis.a quo ſeminalr̄ pſona ꝓpagatur. Et hoc nō eſt abſurdū ſꝫ neceſſarium credere hanc irā habuiſſe. Sꝫ poſtꝗ fuit mater dei.vl̄ poſtꝗ fuit ex vtero nata nunꝗ fuit deo odioſa.vel in idignatiōe filij ſed ſemper fuit ab eo dilecta. Ad tertium de habitaculo. Reſpōdeo. Uirgo maria fuit ſpāle habitaculum.dato ꝙ in peccato originali fuerit concepta. q̄ꝛ p̄ ceteris ſcis ſpālius fuit ab originali pctō mundata. In ſua ſanctificatiōe copioſius ceteris munus gratie accepit.vt non ſolum purgaretur a peccato:ſed vt ēt tota eius vita redderetur imunis a peccato actuali.mortali.ꝛ veniali.qd̄ nulli ſanctorꝫ conceſſum eſt. Unde excelſit omnes in ſanctificatione.

